posita propè Papiam juxtà Padum quarto milliario: Item in partibus Campaniæ Soram, Arces, Aquinum, Arpinum, Theanum, & Capuam, nec non & patrimonia ad potestatem, & dictionem vestram pertinentia, sicuti est Patrimonium Beneventanum, & Patrimonium Neapolitanum, atque Patrimonia Calabriæ superioris, & inferioris. De Civitate autem Neapolitana cum Castellis, & Territoriis, & finibus, & Insulis suis sibi pertinentibus, sicut ad easdem aspicere videntur, nec non Patrimonium Siciliæ, si Deus nostris illud tradiderit manibus. Simili modo Civitatem Cajetam, & Fundum cum omnibus earum pertinentiis. Insuper offerimus Tibi, B. Petre Apostole, Vicarioque tuo Donno Joanni Papæ, & Successoribus ejus pro nostræ animæ remedio, nostrique Filii, & nostrorum Parentum de proprio nostro Regno Civitates, & Oppida cum piscariis suis, idest Reatem, Amiternum, Furconem, Nursiam, Balvam, & Marsim, & alibi Civitatem Interamnem cum pertinentiis suis. Has omnes suprascriptas Provincias, Urbes, Civitates, Oppida, & Castella, Viculos, & Territoria, simulque, & Patrimonia pro remedio animæ nostræ, & Filii nostri, sive Parentum nostrorum, ac Successorum nostrorum, & pro cuncto à Deo conservato, atque conservando Francorum populo, jam dictæ Ecclesiæ tuæ, Beate Petre Apostole, & per Te Vicario tuo spiritali Patri nostro Donno Joanni Summo Pontifici, & universali Papæ, ejusque Successoribus USQUE IN FINEM SÆCULI, EO MODO CONFIRMAMUS, UT IN SUO DETINEANT JURE, PRINCIPATU, ATQUE DICTIONE: Simili modo per hoc nostræ delegationis pactum confirmamus donationes, quas piæ recordationis Donnus Pipinus Rex, & posteà Donnus Karolus Excellentissimi Imperatores Beato Petro Apostolo spontanea voluntate contulerunt: nec non & censum, vel pensio-

ſionem, ſeu cæteras dationes, quæ annuatim in Palatium Regis Longobardorum inferri ſolebant ſive de Tuſcia, ſive de Ducatu Spoletano, ſicut & in ſupraſcriptis donationibus continetur, & inter SANCTÆ MEMORIÆ HADRIANUM PAPAM, ET DONNUM KAROLUM IMPERATOREM CONVENIT, QUANDO IDEM PONTIFEX EIDEM DE SUPRASCRIPTIS DUCATIBUS, IDEST TUSCANO, ET SPOLETANO SUÆ AUCTORITATIS PRÆCEPTUM CONFIRMAVIT, eo ſcilicet modo, ut annis ſingulis prædictus cenſus ad partem Eccleſiæ Beati Petri Apoſtoli perſolvatur, ſalva ſuper eoſdem Ducatus Noſtra in omnibus dominatione, & illorum ad noſtram partem, & Filii noſtri ſubjectionem. Cæterum, ſicut diximus, omnia ſuperius nominata ita ad veſtram partem PER HOC NOSTRÆ CONFIRMATIONIS PACTUM ROBORAMUS, UT IN VESTRO PERMANEANT JURE, PRINCIPATU, ATQUE DITIONE, ET NEQUE A NOBIS, NEQUE A SUCCESSORIBUS NOSTRIS PER QUODLIBET ARGUMENTUM, SIVE MACHINATIONEM IN QUACUNQUE PARTE VESTRA POTESTAS IMMINUATUR, AUT A VOBIS INDE ALIQUID SUBTRAHATUR de ſupraſcriptis videlicet Provinciis, Urbibus, Civitatibus, Oppidis, Caſtris, Viculis, Inſulis, Territoriis, atque Patrimoniis, nec non & Penſionibus, atque Cenſibus, ita ut neque Nos ea facturi ſimus, neque quibuslibet ea facere volentibus, conſentiamus. Sed potius omnium, quæ ſuperius leguntur, ideſt Provinciæ, Civitates, Urbes, Oppida, Caſtella, Territoria, & Patrimonia, atque Inſulæ, Cenſuſque, & penſiones ad partem Eccleſiæ Beati Petri Apoſtoli, atque Pontificum in Sacratiſſima illius Sede reſidentium, Nos in quantum poſſumus, DEFENSORES ESSE TESTAMUR, AD HOC UT EA IN ILLIUS DITIONE AD UTENDUM, ET FRUENDUM, ATQUE DISPONENDUM firmiter valeant obtineri, ſalva in omnibus poteſtate noſtra, & Filii noſtri, poſterorumque noſtrorum,

ſecun-

ſecundum quod in pacto, & conſtitutione [a], ac promiſſionis firmitate Eugenii Pontificis, Succeſſorumque illius continetur: Ideſt ut omnis Clerus, & univerſi Populi Romani Nobilitas propter diverſas neceſſitates, & Pontificum irrationabiles ERGA POPULUM SIBI SUBJECTUM aſperitates retundendas, ſacramento ſe obligent, quatenus futura Pontificum electio (quantum uniuſcujuſque intellectus fuerit) Canonicè & juſtè fiat, & ut ille, qui ad hoc Sanctum, atque Apoſtolicum Regimen eligitur, nemine conſentiente conſecratus fiat Pontifex, priuſquàm talem in præſentia Miſſorum noſtrorum, vel Filii noſtri, ſeu univerſæ generalitatis faciat promiſſionem pro omnium ſatisfactione, atque futura conſervatione, qualem Dominus, & Venerandus ſpiritualis Pater noſter Leo ſponte feciſſe digno-

a In queſto luogo, come con apertiſſime parole ſi eſprime, altra poteſtà l'Imperadore Ottone non ſi perſerva, ſe non quella, che a lui, ed a ſuoi Succeſſori fù conceduta da Eugenio II. nel concordato fatto con Lotario, quando egli venne in Roma per ſedare il grave ſciſma nato nell' elezione di Eugenio, ed ovviare a quelli, che potevano eccitarſi in avvenire, come chiaramente ſi ſpiega in queſto ſteſſo Diploma colle parole immediatamente ſeguenti: *ideſt ut omnis Clerus &c.* e come non oſcuramente ſi comprende dalla Coſtituzione del medeſimo Lotario fatta di conſentimento di Eugenio nell'atrio della Baſilica Vaticana nell'anno 824, e ripotata dal Cardinale Deuſdedit nella ſua raccolta, o collezione de' Canoni, e ſtampata da Luca Olſtenio, * leggendoſi in eſſa: *In electione autem Romani Pontificis nullus ſive liber, ſive Servus præſumat aliquod impedimentum facere. Sed illi ſolummodo Romani, quibus antiquitus conceſſum eſt Conſtitutione Sanctorum Patrum, ſibi eligant Pontificem. Quod ſi quis contra hanc noſtram Conſtitutionem facere præſumpſerit, exilio tradatur*: Le quali parole con qualche non molto importante diverſità eſſendo dopo il Sigonio riportate dall'Emo Baronio *, fà queſta prudente Annotazione: *Intelligis Lector, ipſo conſtitutionis ingreſſu, ut electiones Pontificum Romanorum fierent ex præſcripto Sacrorum Canonum, decernere Imperatorem, atque longe procul abeſſe, ut ex conceſſione Romani Pontificis electio delata fuerit ad Imperatorem, ut iſtud aſſerentem magna impoſtura mentitum oſtendimus, & confutavimus Sigibertum.*

* *Baron. ad an.* 824. *pag.* 720. *lit. D.*

* *Holſten. Collect. Roman. bipart. par.* 2. *p.* 208. *n.* 3.

gnoſcitur. Præterea alia minora huic operi inſerenda providimus, videlicet, ut in electione Pontificum, neque Liber, neque Servus ad hoc venire præſumat, ut illis Romanis, quos ad hanc electionem per conſtitutionem Sanctorum Patrum antiqua conſuetudo admiſit, aliquod faciat impedimentum. Quod ſi quis contra hanc noſtram inſtitutionem ire præſumpſerit, exilio tradatur. Inſuper etiam, ut nullus Miſſorum noſtrorum cujuſcumque impeditionis argumentum componere in præfatam electionem audeat, prohibemus: Nam & hoc omnimodis inſtituere placuit, ut qui ſemel ſub ſpeciali defenſione Donni Apoſtolici, ſive noſtra fuerint ſuſcepti, impetrata juſtè utantur defenſione. Quod ſi quis in quemquam illorum, qui hoc promeruerunt, violare præſumpſerit, ſciat ſe periculum vitæ ſuæ eſſe incurſurum. Illud etiam confirmamus, ut DONNO APOSTOLICO JUSTAM IN OMNIBUS SERVENT OBEDIENTIAM, SEU DUCIBUS, AC JUDICIBUS ſuis ad juſtitiam faciendam. Huic enim inſtitutioni hoc neceſſariò annectendum eſſe perſpeximus, UT MISSI DONNI APOSTOLICI, SEU NOSTRI ſemper ſint conſtituti, qui annuatim Nobis, vel Filio noſtro renuntiare valeant, qualiter ſinguli Duces, ac Judices Populo juſtitiam faciant; hanc Imperialem Conſtitutionem quomodo obſervent, qui Miſſi, decernimus, ut primùm cunctos clamores, qui per negligentiam Ducum, ſeu Judicum fuerint inventi, AD NOTITIAM DONNI APOSTOLICI DEFERANT; ET IPSE UNUM E DUOBUS ELIGAT, AUT STATIM PER EOSDEM MISSOS FIANT IPSÆ NECESSITATES EMENDATÆ, AUT MISSO NOSTRO NOBIS RENUNTIANTE PER NOSTROS MISSOS A NOBIS DIRECTOS EMENDENTUR. Hoc ut ab omnibus fidelibus Sanctæ Dei Eccleſiæ, & noſtris firmum eſſe credatur, propriæ manus Signaculo, & Nobilium Optimatum noſtrorum ſubſcriptionibus hoc pactum confirma-

firmationis nostræ roboravimus, & Bullæ nostræ impressione obsignari jussimus. ✝ Signum Domni Ottonis Serenissimi Imperatoris, ac suorum Episcoporum, Abbatum, & Comitum. Signum Adalgadi Hamaburgiensis Ecclesiæ Archiepiscopi. Signum Artberti Curiensis Ecclesiæ Episcopi. Signum Drisegonis Osnabrugensis Ecclesiæ Episcopi. Signum Octonis Argentinensis Ecclesiæ Episcopi. Signum Otuvini Hiltimesomensis Ecclesiæ Episcopi. Signum Landivarti Mindonensis Ecclesiæ Episcopi. Signum Otgeri Nemetinensis Ecclesiæ Episcopi. Signum Gezonis Tortunensis Ecclesiæ Episcopi. Signum Hucberti Parmanensis Ecclesiæ Episcopi. Signum Vvidonis Mutinensis Ecclesiæ Episcopi. Signum Attonis Fuldensis Monasterii Abbatis. Signum Guntharii Herolfesfeldensis Monasterii Abbatis. Signum Eberarti Comitis. Signum Guntharii Comitis. Signum Burgharti Comitis. Signum Utonis Comitis. Signum Cronratis Comitis. Signum Ernustes. Signum Thiestheris, Ricdages, Luipenhar, Hartuviges, Arnolves, Inghilthies, Burchartes, Retinges. Anno Dominicæ Incarnationis nongentesimo sexagesimosecundo, Indictione quinta, Mense Februarii, decimotertio die ejusdem mensis, anno verò Domni Ottonis Imperii Invictissimi Imp. vigesimoseptimo, facta est hæc pactio feliciter. In nomine Domini Dei Omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Ego Henricus Dei gratia Imperator Augustus spondeo, atque promitto per hoc PACTUM CONFIRMATIONIS nostræ tibi Beato Petro Principi Apostolorum, & Clavigero Regni Cœlorum, & per Te Vicario tuo Donno Benedicto Summo Pontifici, & universali Papæ, sicut a Prædecessoribus Vestris usque nunc *in potestate vestra*, *ac ditione tenuistis*, *ac disposuistis*, Civitatem Romanam cum Ducatu suo, & Suburbanis, atque viculis omnibus, & Territoriis ejus montanis,

tanis, & maritimis litoribus, ac portubus, seù cunctis Civitatibus, Castellis, Oppidis, ac Viculis, Tusciæ partibus, ideſt Portum, Centumcellas, Ceram, Pledam, Maturianum, Sutrium, Nepem, Castellum, Gallisem, Orcem, Polimartium, Ameriam, Tudam, Perusiam, cum tribus Insulis suis, ideſt, Majore, & Minore Pulvensim, & Lacu, Narniam, & Utriculum, cum omnibus finibus, ac Territoriis ad supradictas Civitates pertinentibus, nec non & EXARCHATUM RAVENNATEM SUB INTEGRITATE, cum Urbibus, Civitatibus, Oppidis, & Castellis, quæ piæ recordationis Donnus Pipinus, & Donnus Carolus, & Donnus Ludovicus, & Otto, & itidem Otto filius ejus, Prædecessores videlicet nostri Beato Petro Apostolo, & Prædecessoribus vestris jamdudum per donationis paginam contulerunt, hoc est Civitatem Ravennam, & ÆMILIAM, Bobium, & Cæsenam, Forum Populi, Forum Livii, Faventiam, Imolam, Bononiam, Ferrariam, Comiaclum, Adrianis, atque Gabellum, cum omnibus finibus, Territoriis, atque Insulis, terra, marique ad supradictas Civitates pertinentibus: simul & Pentapolim, videlicet Ariminum, Pensaurum, Fanum, Senogalliam, Anconam, Ausimum, Humanam, Esim, Forum Sempronii, Montem Feltri, Urbinum, & Territorium Balnense, Callis, Luciolis, & Eugubium cum omnibus finibus, ac Territoriis ad easdem Civitates pertinentibus. Eodem modo Territorium Sabinense, sicut a prædictis Imperatoribus antecessoribus nostris Beato Petro Apostolo per donationis scriptum concessum est sub integritate, & est in partibus Tusciæ Longobardorum, Castellum Felicitatis, Urbem veterem, Balneum Regis, Ferenti, Viterbium, Orthem, Martam, Pledam, Tuscanam, Suanam, Populonium, Rossellés, cum Suburbanis, atque Viculis, & omnibus Territoriis, ac mariti-

mis Oppidis, seù finibus omnibus. Itemque alunis cum Insula Corsica, in Suriano, deindè in Monte Bardonis, deinde in Berceto, exinde in Parma, deindè in Regia, exindè in Mantua, atque in Monte Silicis, atque Provincia Venetiarum, & Istria, nec non & cunctum Spoletanum Ducatum, seu Beneventanum, una cum Ecclesia Sanctæ Christinæ posita propè Papiam juxta Padum quarto milliario. Item in partibus Campaniæ, Sora, Arces, Aquinum, Arpinum, Theanum, Capuam, nec non & Patrimonium, ad potestatem, & ditionem vestram pertinentia, sicut est Patrimonium Beneventanum, & Neapolitanum, atque Patrimonia Calabriæ superioris, & inferioris. De Civitate autem Neapolitana cum Castellis, & Territoriis, ac finibus, & Insulis sibi pertinentibus, sicuti ad easdem aspicere videntur: nec non Patrimonium Siciliæ, si Deus nostris illud tradiderit manibus. Simili modo Civitatem Cajetam, & Fundum cum omnibus earum pertinentiis. Super hoc confirmamus vobis Fuldense Monasterium, & Abbatis ejus consecrationem, atque omnia Monasteria, Cortes, & Villas, quas in Ultramontanis Partibus Sanctus Petrus habere dignoscitur, absque Antesna, Vumiteringa, sive Urullmbach, quæ a Sancti Petri Ecclesia per commutationis paginam Episcopo nostro Babembergensi collatæ sunt: pro quibus sæpedictæ Ecclesiæ Sancti Petri transcribimus, concedimus, & firmamus omnem illam terram, quæ inter Narniam Teramnem, vel Spoletum ex Regni nostri parte habuimus. Sub tuitione prætérea Sancti Petri, & vestra vestrorumque Successorum prætaxatum Episcopum Babembergensem offerimus, unde sub pensionis nostræ equum unum album phaleratum ex ejusdem loci Episcopo vos annualiter suscepturos sancimus. Offerimus insuper, firmamus, & corroboramus tibi

tibi Beato Petro, ac Vicario tuo Donno Benedicto, & Successoribus ejus, prout bonæ mem. Papæ Joanni, suisque Successoribus a Prædecessoribus nostris Ottonibus factum est, Civitates, & Oppida, cum Piscariis suis, Reatem, Amiternum, Furconem, Nursiam, Balvam, & Marsiam, & alibi Civitatem Teramnem cum pertinentiis suis. Has omnes supradictas Provincias, Urbes, & Civitates, Oppida atque Castella, viculos, ac Territoria, simulque Patrimonia pro Statu Regni nostri, cunctoque Christianorum Populo conservando jam dictæ Ecclesiæ tuæ, Beate Petre, Vicarioque tuo Benedicto, ac Successoribus ejus usque in finem Sæculi eo modo CONFIRMAMUS, UT IN SUO DETINEANT JURE, PRINCIPATU, ATQUE DITIONE: simili modo per hoc nostræ delegationis pactum confirmamus donationes, quas piæ recordationis Pipinus Rex, & posteà Donnus Karolus Excellentissimus Imperator, ac deinceps Ottones piissimi, Beato Petro Christi Apostolo spontanea voluntate contulerunt, nec non & censum, & pensionem, seù cæteras dationes, quæ annuatim in Palatium Regis Longobardorum inferri solebant, sive de Tuscia, sive de Ducatu Spoletano, sicut in supradictis donationibus continetur, ET INTER SANCTÆ MEMORIÆ HADRIANUM PAPAM, ET DONNUM KAROLUM IMPERATOREM CONVENIT, QUANDO IDEM PONTIFEX EIDEM DE SUPRASCRIPTIS DUCATIBUS, IDEST, TUSCANO, ET SPOLETANO SUÆ AUCTORITATIS PRÆCEPTUM CONFIRMAVIT, eo scilicet modo, ut annis singulis prædictus Census ad partem Ecclesiæ Beati Petri persolvatur, salva super eosdem Ducatus nostra in omnibus dominatione, & illorum ad nostram partem subjectione. Cæterum, sicut diximus, OMNIA SUPERIUS NOMINATA ITA AD VESTRAM PARTEM PER HOC NOSTRÆ CONFIRMATIONIS PACTUM CORROBORAVIMUS, UT IN VESTRO PERMANEANT JURE, PRINCIPA-

TU,

TU, ATQUE DITIONE, UT NEQUE A NOBIS, NEQUE A SUCCESSORIBUS NOSTRIS PER QUODLIBET ARGUMENTUM, SIVE MACHINATIONEM, IN QUACUNQUE PARTE VESTRA POTESTAS IMMINUATUR, AUT A VOBIS INDE ALIQUID SUBTRAHATUR, de ſupraſcriptis verò Provinciis, Urbibus, Civitatibus, Oppidis, Caſtris, Viculis, Territoriis, ac Patrimoniis, nec non & penſionibus, atque cenſibus, ita ut nec nos facturi ſimus, neque a quibuslibet ea facere volentibus conſentiamus, SED POTIUS OMNIA, quæ ſuperius leguntur, ideſt Provinciæ, Civitates, Urbes, Caſtella, Oppida, Terræ, Patrimonia, atque Inſulas, cenſuſque, & penſiones ad partem ECCLESIÆ BEATI PETRI APOSTOLI, ATQUE PONTIFICUM IN SACRATISSIMA SEDE ILLIUS RESIDENTIUM, NOS IN QUANTUM POSSUMUS, DEFENSORES ESSE TESTAMUR, AD HOC UT EA IN ILLIUS DITIONE AD UTENDUM, ATQUE DISPONENDUM FIRMITER VALEANT OBTINERI, ſalva in omnibus poteſtate noſtra, poſterorumque noſtrorum, ſecundum quod in pacto, & conſtitutione, ac promiſſionis firmitate Eugenii Pontificis, Succeſſorumque illius continetur, ut omnis Clerus, & univerſi Populi Romani Nobilitas propter diverſas neceſſitates, & Pontificum irrationabiles erga Populum ſibi ſubjectum aſperitates retundendas ſacramento ſe obliget, quatenus futura Pontificum electio, quantum uniuſcujuſque intellectus fuerit, canonicè, & juſtè fiat, & ut ille, qui ad hoc Sanctum Apoſtolicum Regimen eligetur, nemine conſentiente conſecratus fiat Pontifex, priuſquàm talem in præſentia Miſſorum noſtrorum, ſeu univerſæ generalitatis faciat promiſſionem pro omnium ſatisfactione, ac futura conſervatione, qualem Donnus, & Venerandus ſpiritualis Pater noſter Leo ſponte feciſſe dignoſcitur. Præthereà alia minora huic operi inſerenda providimus, videlicet, & in electione Pontificum neque liber, neque

que servus ad hoc venire præsumat, ut illis Romànis, quos ad hanc electionem per Constitutionem Sanctorum Patrum antiqua admisit consuetudo, aliquod faciat impedimentum. Quod si quis contra hanc nostram constitutionem ire præsumpserit, exilio tradatur. Insuper etiam, ut nullum Missorum nostrorum cujuscumque impeditionis argumentum componere audeat in præfatam electionem, prohibemus: nam & hoc omnimodo instituere placuit, ut qui semel sub speciali defensione Donni Apostolici, sive nostra fuerint suscepti, impetrata justè utantur defensione. Quod si quis in quemquam illorum, qui hoc promeruerunt, violare præsumpserit, sciat se periculum vitæ suę esse incursurum. Illud etiam CONFIRMAMUS, UT DONNO APOSTOLICO JUSTAM IN OMNIBUS SERVENT OBEDIENTIAM, SEU DUCIBUS, ET JUDICIBUS SUIS, AD FACIENDAM JUSTITIAM. Huic enim Institutioni hoc necessariò annectendum esse perspeximus, UT MISSI DONNI APOSTOLICI, SEU NOSTRI semper sint constituti, qui annuatim nobis renuntiare valeant, qualiter singuli Duces, ac Judices Populo justitiam faciant; hanc Imperialem Constitutionem quomodo observent, qui Missi, decernimus, ut primum cunctos clamores, qui per negligentiam Ducum, vel Judicum fuerint inventi, AD NOTITIAM DONNI APOSTOLICI DEFERANT, ET IPSE UNUM E' DUOBUS ELIGAT, AUT STATIM PER EOSDEM MISSOS FIANT NECESSITATES EMENDATÆ, AUT MISSO NOSTRO NOBIS RENUNTIANTE PER NOSTROS MISSOS A NOBIS DIRECTOS EMENDENTUR. Hoc ut ab omnibus fidelibus Sanctæ Dei Ecclesiæ, & vestris firmum esse credatur, propriæ manus signaculo subscriptionibus hoc pactum confirmationis nostræ roboravimus, & sigilli nostri impressione assignari jussimus.

✝ Signum Donni Henrici gloriosissimi Romanorum Imperatoris Augusti. Signum Erchandildi Maguntini Ar-

Archiepiſcopi. Signum Heriberti Coloniensis Archiepiſcopi. Signum Bobonis Trevirenſis Archiepiſcopi. Signum Thiederici Metenſis Epiſcopi. Ego Eberhardus Bambergenſis Eccleſiæ Epiſcopus Romanæ Sedis ſubditus ſubſcripſi. Ego Mazelinus Wirceburgenſis Epiſcopus ſubſcripſi. Ego Walterius Spirenſis Epiſcopus ſubſcripſi. Ego Ricodardus Conſtantienſis Epiſcopus ſubſcripſi. Ego Zodalricus Curienſis Epiſcopus ſubſcripſi. Ego Adalberus Baſilienſis Epiſcopus ſubſcripſi. Ego Hemmo Werdunenſis Epiſcopus ſubſcripſi. Ego Walter Heichſtedenſis Epiſcopus ſubſcripſi. Signum Richardi Fuldenſis Abbatis. Signum Arnoldi Herſfendenſis Abbatis. Signum Bruchardi Abbatis. Signum Gottifredi Ducis. Signum Beringardi Ducis. Signum Thiederici Ducis. Signum Simonis Comitis. Signum Velphonis Comitis. Signum Cunonis Comitis. Signum Kunradi Comitis. Signum Ottonis Comitis. Signum Adilbrrahtis Comitis. Signum Bobonis Comitis. Signum Frederici Comitis. Signum Bezelini Comitis. Signum Ezonis Comitis Palatini. Signum Frederici Camerarii. Signum Ezonis Infercorum. Signum Heunzonis Pincernarii. Signum Huzis. Alimunberenger. Adilman. Adilbero. Ego Wicelinus Aſtrarburgenſis Epiſcopus. Signum Ryodhois Fluvanen. Abbatis. Nos autem Nicolaus Patriarcha Conſtantinopolitanus, Albertus Patriarcha Antiochenus, Bertoldus Patriarcha Aquilegenſis, & Philippus Biturricenſis, Bonifacius Cantuarienſis, Albertus Armacanus, Joellus Remenſis, Americus Lugdunen., Gerardus Burdegalen., Gilo Senonen., Oddo Rothomagen., Gaufridus Turonen., Guillelmus Biſuntinus, Joannes Arelaten., Joannes Compoſtellanus, Petrus Terraconen., Joannes Bracaren., Leo Mediolanen. Vitalis Piſanus, Marinus Baren., & Hiſpanus Auxitanus Archiepiſcopi. Nec non Robertus Leo-

Leodien., Nicolaus Pragen., Joannes Pictaven., Robertus Belvacen., Henricus Carnoten., Hugo Lingonen., Wercius Lucanus, Albertus Mutinen., Arias Ulixbonen., Petrus Barchinonen., Gualterus Wigornien, Robertus Linconien., David S. Andreæ, & Ulricus Tiriestinus Episcopi, Guillelmus etiam Cluniacen. Bonifacius Cistercien., & Stephanus Claravallen. Abbates, Frater Joannes insuper Magister Ordinis Fratrum Prædicatorum, & Frater Bonaventura Vicarius Ministri Generalis Ordinis Fratrum Minorum Privilegia, & literas prælibata eorumque sigilla cum caracteribus suis inspeximus diligenter, factaque coram nobis collatione de ipsis ad transcripta superius annotata singuli sigilla nostra eisdem fecimus transcriptis apponi: Nulli ergo omninò hominum liceat hujus Decreti paginam infringere, vel ei ausu temerariò contraire: Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Lugdun. III. idus Julii Pont. Nostri Anno III.

Pendet Bulla plumbea cum quadraginta sigillis cereis Prælatorum.

Sunto dei Privilegj, e Donazioni di Ottone I. il Grande, e di Arrigo II. ovvero III. fatto da Giovanni di Amelia Chierico di Camera con trè pubblici Notaj per comando di Benedetto XII.

In Nomine Domini Amen.

NOverint universi hoc præsens Instrumentum publicum inspecturi &c. Nos Joannes de Amelio Forojuliensis Archidiaconus Cameræ D. Papæ Clericus, Dele-

Somm. num. 4. *Ex Arch. Arcis S. Angeli.*

Delegatus, seu Commissarius ad infrascripta specialiter deputatus. Dudum in Romana Curia personaliter residentes recepimus cum reverentia, qua decuit, literas Sanctissimi Patris & Domini Nostri D. Benedicti Divina providentia Papæ XII. ejus vera Bulla plumbea cum filis canapis more Romanæ Curiæ bullatas, non viciatas, non cancellatas, non abolitas, non abrasas; nec in aliqua sui parte suspectas; sed omni prorsus vicio & suspicione carentes tenoris & continentiæ infrascriptorum. Benedictus Episcopus Servus Servorum Dei Dilecto Filio Magistro Joanni de Amelio Archidiacono Forojuliensi Clerico Cameræ nostræ salutem & Apostolicam benedictionem. Cum certis privilegiis, registris, libris, & scripturis Ecclesiam Romanam tangentibus, quæ in thesauro ejusdem Ecclesiæ, qui conservatur in Civitate Assisinat. existunt pro quibusdam incumbentibus ad præsens Ecclesiæ memoratæ negociis egeamus: Nos de tuæ circumspectionis, & fidelitatis industria plenam in Domino fiduciam obtinentes, Te pro eisdem privilegiis, registris, libris, & scripturis perquirendis, eligendis, ac Nobis mittendis vel deferendis ad Civitatem eamdem providimus destinandum. Quocirca discretioni tuæ per Apostolica scripta committimus, & mandamus, quatenus illùc te personaliter conferas, procurans dilectis Filiis Magistris Raymundo de Pojoliis Archidiacono Petragoricensi Rectore, & Joanne Rigaldi Canonico Albiensi Thesaurario Ducatus Spoletani, vel eorum altero, nec non duobus vel pluribus Tabellionibus auctoritate Apostolica publicis tecum adhibitis, visis quòque ac recensitis inventariis aliàs de Thesauro prædicto confectis, privilegia, registra, libros, & scripturas hujusmodi, de quibus Tibi verbotenus diximus & injunximus perquirere, ac eligere solerti & fideli adhibita diligentia non postpo-

nas,

nas, illa ex eisdem privilegiis, literis, & scripturis; de quibus juxta voluntatem, & intentionem nostram, quam tibi oraculo vivæ vocis expressimus, cognoveris expedire, de verbo ad verbum per dictos Tabelliones transcribi, & eorum transumpta in publicam formam redigi faciendo, & nihilominus decernendo auctoritate Apostolica eisdem transumptis in publicam formam, ut præfertur, redactis, & coram Te solemniter publicatis esse ubique perpetuò in judicio, & extra judicium fidem plenariam tanquàm originalibus adhibendam. Subsequenter verò Privilegia, registra, libros, & scripturas, quæ quos & quas elegeris, & de Thesauro prædicto receperis, seu ipsorum Privilegiorum, literarum, & Scripturarum transumpta publicata, ut superius est expressum, nobis mittere studeas fideliter vel deferre, Te taliter super his habiturus, quod tuam circumspectam fidelitatem & diligentiam meritò commendare possimus. Dat. Avinion. II. Kal. Novembris Pontificatus nostri anno IV. Auctoritate quarum Nos Joannes Delegatus & Commissarius supradictus ad Civitatem Assisii, & locum Fratrum Minorum B. Francisci videlicet ad Cameram juxta Sacristiam superiorem, ubi præfatus Thesaurus in Archivis Romanæ Ecclesiæ conservatur, Venerabili Viro D. Joanne Rigaldi Legum Doctore & Canonico Albiensi Spoletani Ducatus Thesaurario, & Magistris Geraldo de Carraria, & Bertrando de Glanderio, ac Me Vannis de Spello Clericis Caturcensis, & Spoletanæ Diœcesi. auctoritate Apostolica Tabellionibus publicis nobiscum adhibitis Nos personaliter conferentes, visis & recensitis inventariis aliàs de dicto Thesauro factis, Privilegia, registra, libros, ac scripturas alias, de quibus præfectus D. Noster Papa Nobis verbotenus dixit specialiter & injunxit adhibita solerti diligentia, tenorem commissionis nostræ servantes;

& fideliter exequentes perquiſivimus, inveſtigavimus, inſpeximus, ac nonnulla elegimus ex eiſdem juxta voluntatem & mandatum ejuſdem Domini Noſtri, quod nobis expreſſit oraculo vocis vivæ: Inter alia verò elegimus, ac vidimus, & diligenter inſpeximus quoddam Privilegium ſeu patentes literas D. Ottonis Romanorum Imperatoris ſcriptum literis aureis in carta coloris violati rubei &c. non viciatum, non cancellatum, nec in aliqua ſui parte ſuſpectum, ſed omni prorſus vicio & ſuſpicione carens, ut prima facie præmiſſa omnia apparebant. Quod privilegium ſeu literas Nos Joannes Delegatus & Commiſſarius memoratus tranſcribi per Bartholum Vannis de Spello, & in formam publici Inſtrumenti redigi fecimus, & ſubſcribi per ſupradictos, inferiuſque ſubſcriptos Tabelliones, volentes & auctoritate Apoſtolica Nobis in hac parte commiſſa ſpecialiter decernentes, ſedenteſque pro Tribunali, quod tranſumpto ſeu tranſcripto hujuſmodi deinceps illa fides adhibeatur tam in judicio, quàm extra, ſicut & literis originalibus antedictis. Ipſumque tranſumptum, ſeu tranſcriptum ubique eamdem fidem faciat in agendis, quam facerent literæ memoratæ; quibus omnibus & ſingulis noſtram auctoritatem interponimus & decretum. Tenor verò dicti Privilegii talis eſt. In Nomine Domini &c. *ſequitur ut ſupra pag.*202. In cujus rei teſtimonium præſens Tranſumptum ſive tranſcriptum in formam publicam redactum ſigillo proprio, quo utimur, juſſimus appenſione muniri. Actum Aſſiſii loco Fratrum Minorum in Palatio D. Papæ anno Nativitatis Dominicæ 1339. Inditione 7. tempore prædicti D. Noſtri Domini Benedicti Divina providentia Papæ XII. Pontificatus ſui anno Quinto vigeſima menſis Martii, præſentibus Venerabilibus Viris Dominis Joanne Theſaurario prædicto, & Franciſco Abbate Monaſterii Sanctæ Ma-

Mariæ de Campiregio, Simone Carlevaris Priore Ecclesiæ S. Angeli de Mevania, Blaxio Archipresbytero de Bittonio, Bartholo Plebano Plebis Felonicæ Eugubinæ, Spoletan., Assisinat., & Fulginat. Diœcesi., una cum pluribus aliis testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis:

Et ego Bartholus Vannis de Spello Clericus Spoletan. Diœcesi. publicus Apostolica, & Imperiali auctorite Notarius, dictorumque Domini Thesaurarii, & Notariorum adhibitioni, supradictarumque literarum perquisitioni, visioni, & inspectioni auctoritatis, & decreti interpositioni factis per dictum D. Johannem delegatum seu Commissarium una cum præmissis testibus & Notariis supradictis, inferiusque subscriptis interfui, præsensque transumptum tenorem dicti privilegii seu literarum, nec non literarum Apostolicarum commissionis dicti D. Delegati seu Commissarii continens, prout in dictis originali, privilegio, seu literis; nec non & in literis commissionis prædictæ vera Bulla dicti Sanctissimi D. Benedicti Papæ bullatis vidi, legi, & inveni nil addens vel minuens, quod sensum mutet, vel variet, intellectum fideliter transcripsi; Et quia facta diligenti collatione de præsenti transumpto, seu transcripto cum dictis originalibus, privilegio, & literis in eodem transumpto insertis una cum Domino Delegato seu Commissario, ac Thesaurario, & Notariis antedictis de verbo ad verbum concordare inveni, in testimonium veritatis, & omnium præmissorum de mandato, & auctoritate dicti Domini Johannis Delegati seu Commissarii transumptum prædictum in formam publicam redegi, ipsumque meo consueto signo signavi requisitus & rogatus. Constat mihi Bartholo Notario supradicto, quod in quinquagesima quinta linea deficiunt ista verba: Signum Valdagi Hamaburgensis Ecclesiæ Archiepiscopi,

Loco † signi.

Loco † ſigni.

Et ego Geraldus de Carreria Clericus Caturcenſis Diœceſ. Auctoritate Apoſtolica Tabellio publicus dictorum D. Theſaurarii, & Notariorum adhibitioni ſupradictarumque literarum perquiſitioni, viſioni, & inſpectioni, auctoritatis & decreti interpoſitioni factis per dictum D. Joannem Delegatum, ſeu Commiſſarium una cum præmiſſis teſtibus, & Notariis ſupradictis inferiuſque ſubſcriptis interfui: & quia facta diligenti collatione de præſenti tranſumpto, ſeu tranſcripto cum dictis originalibus privilegio, & literis in eodem tranſumpto inſertis una cum dicto D. Delegato ſeu Commiſſario, ac Theſaurario, & Notariis antedictis de verbo ad verbum concordare inveni, in teſtimonium veritatis & omnium præmiſſorum de mandato & auctoritate Domini Joannis Delegati ſeu Commiſſarii Tranſumptum prædictum in formam publicam redactum meo conſueto ſigno ſignavi requiſitus & rogatus, ac etiam huic Tranſumpto me ſubſcripſi.

Loco † ſigni.

Et ego Bertrandus de Clanderio Clericus Caturcenſis Diœceſ. publicus Apoſtolica auctoritate Notarius dictorum Domini Theſaurarii, & Notariorum adhibitioni, ſupradictarumque literarum perquiſitioni, viſioni, & inſpectioni, auctoritatis & decreti interpoſitioni factis per dictum D. Joannem Delegatum ſeu Commiſſarium una cum præmiſſis teſtibus & Notariis ſupradictis interfui; & quia facta diligenti collatione de præſenti tranſumpto ſeu tranſcripto cum dictis originalibus Privilegio, & literis in eodem Tranſumpto inſertis una cum dicto Domino Delegato, ſeu Commiſſario, ac Theſaurario, & Notariis antedictis de verbo ad verbum concordare inveni, in teſtimonium veritatis, & omnium præmiſſorum de mandato, & auctoritate dicti Domini Joannis Delegati ſeu Commiſſarii tranſumptum prædictum in formam publicam redactum meo conſueto

ſigno

figno fignavi requifitus, & rogatus, ac etiam huic transfumpto me fubfcripfi.

Pendet figillum cereum.

Proceffo giuridicamente fabbricato nella caufa vertente tra Alfonfo Duca di Ferrara, e il Pontefice Clemente VII. compromeffa da entrambi nella perfona dell'Imperador Carlo V., il cui lodo come invalido, e ingiufto non fu mai omologato da Clemente; anzi che furono da lui ricufati i cento mila fcudi, al pagamento de' quali era ftato Alfonfo condannato da Carlo, e la fteffa fentenza Arbitrale fù anche contraddetta, ed impugnata dal Sacro Collegio de' Cardinali tra gli altri motivi per effere ftato fatto il compromeffo dal Papa fenza loro configlio, e partecipazione.

In Chrifti Nomine Amen.

Ego Joannes Jacobus Benincafa filius quondam egregii viri Domini Joannis Francifci Benincafæ Civis, & Notarius publicus Ravennatis indubiam fidem facio, verboque veritatis atteftor omnibus has præfentes lecturis, & vifuris, qualiter reperitur in rogitibus prædicti quondam Domini Joannis Francifci Notarii publici Ravennæ Patris mei infrafcriptus proceffus in caufa jam vertente inter fel. rec. Sanctiffimum Dominum Noftrum D. Cle-

Somm. num. 5. *Ex Arch. Caftri S. Angeli*

D. Clementem Papam Septimum, & Sanctam Sedem Apostolicam agentem ex una, & Illustrissimum tunc Dominum D. Ducem Ferrariæ se defendentem partibus ex altera coram Cæsarea Majestate Caroli Quinti Imperatoris tanquam arbitri Arbitratoris, & amicabilis Compositoris causæ, & per eandem Cæsaream Majestatem suam commissa Magnifico Domino Potestati Magnificæ Civitatis Ravennæ. Cujus quidem processus, de quo fuit rogatus dictus quondam Pater, tenor talis, ut infra.

In Christi Nomine Amen.

Hæc sunt nonnulla acta, exempla, transumpta, attestationes, & recognitiones factæ, & facta coram Magnifico, ac Clarissimo Jurisconsulto Domino Baldassare de Bertarolis Patricio Cesenaten. Civitatis Ravennæ Potestate dignissimo, & in præsenti causa Executore, & Judice, ac Commissario deputato à Sacratissima Majestate Caroli Quinti Augusti Divina favente Clementia Romanorum Imperatoris, ac Germaniæ, Hispaniarum, utriusque Siciliæ, Hierusalem &c. Regis, Archiducis Austriæ &c. prout de ejus auctoritate latius constat ex literis patentibus manu ejusdem Cæsareæ Majestatis subscriptis, de quibus in præsenti processu latiùs continetur, sedente pro Tribunali in Civitate Ravennæ, & in Metropolitana Ecclesia super quadam Bancha lignea in medio ipsius Ecclesiæ in causa vertente coram Majestate sua inter Sanctissimum Dominum Nostrum D. Clementem Papam Septimum, & seù R. D. Joannem Petrum Ferrettum J. U. D. Vicarium Generalem dictæ Sanctæ Ravennatis Ecclesiæ ejusdem Sanctissimi Domini Nostri Papæ Procuratorem ex una Agentes, & petentes, & Illustrissimum D. Alphonsum Ducem Ferrariæ, & seù Dominum Nicolaum Corleca Nobilem Ferrariensem ejusdem Illustrissi-

ſtriſſimi D. Ducis Procuratorem parte ex altera Reos conventos, & ſe defendentes, & per me Joannem Franciſcum Benincaſam publicum, & authenticum Notarium ejuſdem Civitatis Ravennæ electum, aſſumptum, & deputatum Notarium, & Scribam in dicta cauſa ſcripta, rogata, & publicata &c.

Tenor autem dictæ Commiſſionis talis eſt videlicèt:

Carolus Quintus Auguſtus Divina favente Clementia Romanorum Imperator, & Germaniæ, Hiſpaniarum, utriuſque Siciliæ, Hieruſalem &c. Rex, Archidux Auſtriæ &c. Honorabili Noſtro Poteſtati, ſeù Prætori Civitatis Ravennatenſis fideli Nobis dilecto gratiam noſtram Cœſaream, & omne bonum. Cum Nuncii, & Procuratores Beatitudinis Pontificis pro expeditione cauſæ coram Nobis tanquam Arbitro Arbitratore, & amicabili Compoſitore cauſæ vertentis inter eandem Sanctitatem Pontificis, & Sanctam Sedem Apoſtolicam agentem ex una, & Illuſtriſſimum Ducem Ferrariæ defendentem Partibus ex altera ſuper controverſiis, & contentionibus quibuſcumque inter ipſas partes exiſtentibus, & in actu compromiſſi inter eaſdem Partes initi, & firmati latius deductis, egeat tranſumptis nonnullorum Privilegiorum, Actorum, Scripturarum, & Inſtrumentorum, aliorumque monumentorum iſthic exiſtentium; Noſque tranſumpta hujuſmodi, te præſente, videnteque, exemplari, & tranſcribi, rectèque, & juridicè comprobari decreverimus: Idcircò negotium hujuſmodi tibi ſpecialiter tenore præſentium committimus; Mandantes tibi quatenus, præſente, & audiente Procuratore dicti Illuſtriſſimi Ducis apud Nos Agente, ſeù ejus Subſtituto, cui peremptoriè intimari juſſimus, ut per ſe, aut Subſtitutum ſuum legitimum intra vigeſimum quintum diem pro-

proximi mensis Augusti coram te compareat ad videndum, & audiendum dicta Privilegia, Acta, Scripturas, Instrumenta, & monumenta ad hujusmodi causam facientia, & illorum transcriptioni, seù extractioni interessendum, dicendumque, & allegandum quicquid in oppositum dicere, & allegare voluerit, assumptoque ad id per te aliquo idoneo tabellione, quæcumque transumpta Privilegiorum, Actorum, Scripturarum, & aliorum prædictorum coram te exhibendorum illicò lapso dictò termino comparente, vel non dicti Illustrissimi Ducis Procuratore, seù illius Substituto, à suis formis, originalibus, vel eorum, seù earum veris transumptis benè, & fidelitèr, ac de verbo ad verbum nihil addendo, vel minuendo extrahi, & exemplari, rectèque & veridicè comprobari, ac signo, & subscriptione Tabellionis per te àd hoc deputati signari, Sigillique tui impressione muniri facias, illaque Nuncio, seù Procuratori præfatæ Sanctitatis tradas, & consignes. Nos enim in, & super omnibus, & singulis præmissis cum incidentibus, dependentibus, & emergentibus ex eisdem, ac illis annexis, & connexis locum, & vices nostras, ac plenum posse tibi committimus, & conferimus harum testimonio literarum manu nostra subscriptarum, & Sigilli nostri à tergo impressione munitarum.

Datum Augustæ die ultimo mensis Julii Anno Domini MDXXX. Imperii nostri Decimo.

CAROLUS.

Ad mandatum Cœsareæ Majestatis pp. m. Valdetius &c.

Pro ✝ sigillo.

Præsente prædicto R. D. Joanne Petro Ferretto Procuratore antedicto &c.

Eisdem Anno, Indictione, tempore, Pontificatu die Jovis vigesima quinta Augusti de mane

Comparuit coram Magnifico Domino Potestate Com-

Commissario &c. R. D. Joannes Petrus Ferrettus Vicarius &c. Procurator Sanctissimi Domini Nostri, ut in Actis constat de mandato penès me Notarium publicum prædictum exhibito, & producto authentico &c. & in termino sibi præfixo in causa, & causis super Exarchatu Ravennati, quam habet cum Illustrissimo D. Alphonso pro Duce Ferrariæ se gerente ex literis, & Scripturis, Privilegiis, & aliis Scripturis producen. facientibus ad dictam causam produxit unum Librum Synodarium Magnum vocatum, seù Librum Conciliorum universalis Ecclesiæ, nec non Librum Riccobaldi Ferrariensis vocatum. Item privilegia quædam intitulata privilegia concessa à Summis Pontificibus, & Romanis Imperatoribus. Item unam Bullam Gregorii Pontificis Primi, & prædicta omnia produxit, & exhibuit in parte, & partibus faciente, & facientibus in favorem prædicti Sanctissimi Domini Nostri. In reliquis verò præjudicialibus minimè, petiitque juxta aliàs petita per ipsum inscontrari, auctenticari, & exemplari ita quod eis fides tribuebatur juxta solitum, & consuetudinem Ravennæ, & prædicta omni meliori modo &c.

Qui Magnificus Dominus Pòtestas, & Commissarius sedens &c. Prædicta admisit si & in quantum, & commisit prædictas Scripturas auscultari debere, videlicet transumpta cum eorum propriis originalibus adhibitis tribus Notariis, videlicet egregiis viris Ser Francisco Triono, & Joanne Maria Ferretto, & Ser Thoma Cellino, & me Notario infrascripto insimul cum prædicto Domino Potestate, & Commissario.

Præsente dicto D. Nicolao &c.

Sequuntur transumpta videlicet Privilegia, & aliæ Scripturæ ex Archivio extractæ, & transumptata.

Privilegium Gregorii Papæ concessum Ravennatensi Ecclesiæ.

GREGORIUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.

Dilectissimo Mariniano Ravennaten. Archiepiscopo Confratri, filioque charissimo, & per eum in Sanctam Ravennatensem Ecclesiam suis successoribus in perpetuum. Cum omnis Ecclesia Sanctorum [a] &c.

Privilegium Calixti Papæ continens Suffraganeos Archiepiscopos, & Ecclesiæ Ravennatis, & aliqua alia jura pertinentia ad Ecclesiam prædictam.

CALIXTUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.

Venerabili Fratri Gualterio Ravennatensis Ecclesiæ Archiepiscopo, ejusque Successoribus canonicè substituendis in perpetuum. Etsi universæ per Orbem Ecclesiæ unus Thalamus Christi sint, Sancta tamen Romana Ecclesia inter omnes Dominica dispositione obtinuit primatum, & quidem multi sæpè adversus eam conatus sui molimina intenderunt, sed quæ caput omnium, & ma-

a *Extat apud Ughell. Ital. Sacr. Tom. II. col. 339. & apud Hieron. Rub. Hist. Ravenn. lib. IV.*

& magiſtra cœleſti fuerit beneficio inſtituta, dignitatis ſuæ non potuit privilegio denudari: Olìm profectò Ravennatenſis Eccleſiæ contrà eam calcaneum erigens multas ei perſecutiones intulit, atque aliis nonnullis Eccleſiis perverſi ſciſmatis fomitem miniſtravit. Verumtamen cum Divinæ placuit Majeſtati, ad Matris ſuæ Romanæ Eccleſiæ unitatem, atque obedientiam humiliter remeavit; ìniquitatem namque ſuam illius filii recenſentes delicta Patrum corrigere probaverunt, & qui præteritis temporibus per Tyrannidem Regiam Præſules Regibus placentes acceperant, demum ſecundùm ſanctiones Canonicas Deo placentem Epiſcopum eligerunt, ſciſmate abdicato in Catholicæ Congregationis gremium * repudiarunt; Unde Dominus Prædeceſſor noſter Sanctæ memoriæ Pap. * Gelaſii eidem Ravennatenſi Eccleſiæ omnem reſtituit dignitatem, quam videlicet ante diviſionis tempora Sedis Apoſtolicæ largitione poſſederat, omnes etiam Metropoles illius Epiſcopatus, quos ad ejus nequitiam exprimendam Apoſtolica ſibi Sedes aſſumpſerat, paterna ei benignitate conceſſit. Et nos ergo Divinæ Trinitatis unitati gratias referentes, quæ per ſuæ charitatis ſpiritum diviſa conjungit, & multas in ſe animas unam facit, prædicti Domini Noſtri reſtitutionem præſentis privilegii pagina confirmamus. Sanè tibi, chariſſime Frater Gualterii Archiepiſcope, tuiſque ſucceſſoribus in Romanæ Eccleſiæ ſubjectione, atque obedientia permanentibus, ſalvo nimirum in omnibus Apoſtolicæ Sedis jure, atque auctoritate, concedimus Episcopatus Æmiliæ Provinciæ, id eſt, Placentiæ, Parmæ, Regii, Mutinæ, & Bononiæ, Ferrariæ, Adriæ, Comacli, Imolæ, Faventiæ, Forlivii, Forum Pompilii, Bobii, Cœſenæ, Ficochæ; Prætereà confirmamus vobis Exarchatum Ravennæ, quæ Romanæ Ecclesiæ juris est, & Monaſteria Sancti Adalberti, & Sancti Hilarii, ſeu

*repedarunt

* Gelaſius

Lett. A.

cætera Monasteria, & possessiones ad vestram Ecclesiam pertinentes per authentica privilegia ab Antecessoribus nostris, & Catholicis Regibus tradita, Pompogiani quoque Monasterii curam Religioni tuæ, salvo Ecclesiæ nostræ jure, committimus, ut regulari disciplinæ per tuam industriam reformetur. Nulli ergo omninò hominum facultas sit vestram Ravennatensem Ecclesiam tenere, perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur tàm tuis, quàm Clericorum, & pauperum usibus profutura. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica, sæcularisve persona hanc nostræ Constitutionis paginam sciens contrà eam temerare tentaverit, secundò, tertiovè commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis, honorisque sui dignitate careat, reamque se Divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à Sanctissimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini Redemptoris nostri JESU Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat: cunctis autem eidem Ecclesiæ justa servantibus sit pax Domini Nostri JESU Christi, quatenus & hìc fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant, Amen.

Scriptum per manum Ruverii Scrinarii, Regionarii, & Notarii Sacri Palatii.

Datum Laterani per manum Grisogoni Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconi Cardinalis, ac Bibliothecarii septimo Idus Januarii, Indictione decima quarta, Incarnationis Dominicæ Anno millesimo centesimo vigesimo primo, Pontificatus autem Domini Calixti Secundi Papæ Anno Secundo.

Pri-

Privilegium Gelasii super eodem.

GELASIUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.

Chariſſimo in Chriſto Fratri Gualterio Ravennaten. Archiepiſcopo

Salutem, & Apoſtolicam benedictionem.

UNitati Divinæ Trinitatis gratiæ agendæ ſunt, quæ per ſuæ charitatis ſpiritum diviſa conjungit, & multas in ſe animas unam facit Eccleſiam. Siquidem Ravennaten. per multa jam tempora ab Apoſtolicæ Sedis unitate diſciſſa, multas eidem Sedi Apoſtolicæ perſecutiones intulit, & Eccleſiis multis perverſi ſciſmatis fomitem miniſtravit: quapropter ad ejus nequitiam deprimendam ſubjectarum ei Eccleſiarum quaſdam ſibi Apoſtolica Sedes aſſumpſit. Sed cum tandem Divinæ Majeſtati beneplacitum fuit, eandem Ravennatenſem Eccleſiam miſericordiæ ſuæ gratia ad unitatem, & obedientiam Matris ſuæ Romanæ Eccleſiæ revocavit. Iniquitatem namque ſuam illius filii recognoſcentes delicta patrum corrigere probaverunt, ut qui præteritis temporibus per Tyrannidem Regiam Præſules Regibus placentes accipiebant, nunc demum ſecundùm Canonicas Sanctiones Epiſcopum Dei placentem eligerent, & ſciſmate abdicato in Catholicæ Congregationis gremium * repudiarent. Te ſiquidem Reverendiſſime Frater Gualterii à diſciplina Fratrum Regularium violenter aſſumptum pro Religionis, & ſapientiæ prærogativa, in Beati Apollina-

* repedarent

linaris Cathedram communi voto, ac desiderio posuerunt, ac in Apostolicæ Sedis obedientiam unanimiter redegerunt. Unde Nos Divinæ Trinitatis unitati gratias agentes, personam tuam pro jure nostræ Ecclesiæ ad Episcopale ministerium cooperante Domino consecrantes tibi, & per te Ravennatis Ecclesiæ dignitatem omnem, quam antè illius divisionis tempora per Romanam Ecclesiam possederat, restituimus: per præsentis enim Privilegii paginam, salvo in omnibus jure, atque auctoritate Sedis Apostolicæ, concedimus tibi, tuisque successoribus in ejusdem Sedis Apostolicæ subjectione, atque

Lett.B. obedientia permanentibus, EPISCOPATUS ÆMILIÆ PROVINCIÆ, IDEST PLACENTIÆ, PARMÆ, Regii, Mutinæ, Bononiæ, Ferrariæ, Adriæ, Comacli, Imolæ, Faventiæ, Forlivii, Forumpompilii, Bobii, Cœsenæ, Ficoclii. Confirmamus etiam vobis Ducatum Ravennæ, & Monasteria Sancti Adalberti, & Sancti Hilarii in Galicata, & cætera Monasteria, seu possessiones ad vestram Ecclesiam pertinentes per autentica privilegia ab Antecessoribus nostris, & à Catholicis Regibus tradita, Pomposiani quoque Monasterii curam Religioni tuæ, salvo Ecclesiæ nostræ jure, committimus, ut præstante Deo regula disciplinæ per tuam industriam reformetur. Prætereà Fraternitati tuæ Pallium, Pontificalis videlicèt officii plenitudinem, ex Apostolicæ Sedis liberalitate concedimus, quo Fraternitas tua secundùm Ecclesiæ tuæ morem ex Apostolicæ Sedis concessione permissum se noverit induendam, cujus nimium Pallii volumus per omnia genium vendicare, hujus siquidem indumenti honor humilitas, atque justitia est: tota ergo mente Fraternitas vestra se exhibere festinet in prosperis humiles, & in adversis, si quando eveniunt, cum justitia erectam, amicam bonis, perversis contrariam, nullius umquam faciem contrà veritatem suscipiens, nullius unquam faciem pro

ve-

veritate loquentis premens, misericordiæ operibus juxtà veritatem substantiæ insistens, & tamen insistere etiam super virtutem cupiens, infirmis compatiens, benè valentibus congaudens, aliena damna propria deputans, de alienis gaudiis tanquam de propriis exultans, in corrigendis vitiis præsæviens, in fovendis virtutibus auditorum animum demoliens, in ira judicium sine ira tenens, in tranquillitate autem severitatis justæ censuram non deserens. Hæc est Frater Charissime Pallii accepti dignitas, quam si sollicitè servaveris, quod foris accepisse ostenderis, intus habebis.

Ego Gelasius Ecclesiæ Catholicæ Episcopus subscripsi. Signum manus meæ. Deus in loco sancto suo.

Datum Romæ per manum Grisogoni Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconi Cardinalis VII. Idus Augusti Indictione XI. Anno Dominicæ Incarnationis millesimo centesimo decimo nono, Pontificatus autem Domini Gelasii Secundi Papæ Anno I.

Privilegium Papæ Clementis super restitutione jurium Ecclesiæ Ravennaten.

CLEMENS EPISCOPUS[a]
Servus Servorum Dei

Sanctæ Ravennati Ecclesiæ, omnibusque futuris in illa Archiepiscopis per eam in perpetuum.

CUm ad Nos Ecclesiarum cura respiciat, & de singulis cogitare conveniat, & ex debito suscepti regiminis

[a] Privilegium est Guiberti Pseudopontificis, qui nomen Clementis sibi imposuit.

minis omnibus nos providere oporteat, ſpecialiter tamen, & maximè Ravennaten. proſpicere debemus Eccleſiæ, cui præſumus Deo propitio, ut Sponſæ, & Filiæ; hujus igitur miſerias nimis ægrè ferentes, & quantum in nobis eſt, amputare volentes hoc remedii genere, hoc conſilii antidoto tandem ſubvenire curavimus, ut conſideratis Privilegiis Prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum, & præceptis Imperatorum, quæ in Archivio noſtræ Ravennatenſis Eccleſiæ continentur, quæcumque in illis leguntur, privilegii noſtri ſtipulatione firmentur, ut ſublatis de cætero ſeminariis litium, nec Romana Eccleſia Ravennaten. Eccleſiæ Mater filiæ ſuæ injuriam faciat, nec Matri filia contradicat, ſed dignitatem ſuam utraque poſſideat; & deinde quid melius? quid Deo jucundius, quam ſcandala tollere, lites reprimere, pacem componere, Eccleſiarum concordiam videre? iis Deus lætatur, & gaudet, & talibus ſuper omne ſacrificium placatur muneribus: Conſentientibus igitur, & collaudantibus primò Cardinalibus noſtris Roberto Sancti Marci, & Anaſtaſio Sanctæ Anaſtaſiæ Confratribus, & Coepiſcopis noſtris Rolando Terviſiano, Millone Padoano, & * Lino Vicentino, Fulcone Foroſempronienſi, [a] Tebaldo Caſtellano, aliiſque quampluribus, qui fuere præſentes, hujus noſtri privilegii authoritate firmamus quæcunque in privilegiis Romanorum Pontificum leguntur, Pauli, Sergii, Anaſtaſii, Leonis, Adriani, Eugenii, Marini, Agapiti, Gregorii, & cæterorum: Item præcepta Imperatorum Juſtiniani, Theodoſii, Valentiani, Ludovici, Caroli, Ottonis, Conradi, Henrici, & aliorum omnium donationes, & conceſſiones illorum, quas Ravennati feciſſe perhibentur Eccleſiæ, tam in Epiſcopatibus, quàm Abbatiis, Comitatibus, Exarcatu, cæte-

* Ezzalino

a Tabaldus, aliàs Theobaldus hujus meminit Sigonius ad 1086. de Regno Italiæ.

cæterisque similibus, quæ in privilegiis, & præceptis plenius habentur, hujus scripturæ nostræ affirmatione munimus: Decernentes, & authoritate Apostolica statuentes, si quis contra hoc nostrum privilegium venire tentaverit, si quis contradictor extiterit, sit anathema, maranatha, sitque pars ejus cum Pilato, & Herode, & Juda traditore, quod ut certiùs credatur, & ab omnibus diligentius observetur Sigillo nostro præsentes litteras statuimus roborari. Acta sunt hæc Ravennæ in plenaria Synodo in Matrice Ecclesia, quæ dicitur Agiæ Anastaseos Anno Dominicæ Incarnationis millesimo octuagesimo tertio Imperante Enrico III. Romanorum Augusto Anno Imperii ejus secundo Indictione nona tertio Kalendas Martii [a]: & subscripserunt, qui præsentes erant Episcopi, quorum nomina subtus annexa sunt.

Rolandus [b] Tarvisianus Episcopus &c. laudans, & corroborans.

Millo Paduanus Episcopus laudans &c.

Eritenus Vicentinus Episcopus laudans, & corroborans.

a Corrigenda est data hujus Privilegii, & ponendus est Annus millesimus octuagesimus sextus, quo Anno currebat Indictio nona, & erat Annus secundus Imperii Henrici Tertii, aut Quarti, qui Anno 1084. ultima die mensis Martii Coronam Imperii adeptus est, ideoque tertio Kalendas Martii adhuc erat annus Imperii secundus.

b Hi tres Episcopi faverunt Henrico Quarto adversus Gregorium VII. primus omittitur ab Ughello in Catalogo Episcoporum Ecclesiæ Tarvisinæ; tertius in Henrici Privilegiis, quæ idem scriptor exhibet, vocatur Ezzelinus.

HONORIUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei

Venerabili Fratri Simeoni Archiepiſcopo Ravennatenſi, ejuſdemque ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis in perpetuum.

ET ſi univerſis Sanctæ Eccleſiæ filiis debitores ex collato nobis ab eo Apoſtolatus officio exiſtamus, illis tamen perſonis, & locis providere nos convenit diligentiori ſollicitudine, ac propenſiori ſtudio charitatis, quæ ad Sedem Apoſtolicam noſcuntur ſpecialius pertinere. Quo circa Venerabilis in Chriſto Frater Archiepiſcope tuis juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & nobilem, & famoſam Ravennatenſem Eccleſiam, cui auctore Domino præeſſe dignoſceris ad exemplar fel. rec. Calixti, Gregorii, Honorii, Gelaſii, Honorii III., Gregorii IX., & Alexandri IV. Prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum ſub Beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, ſtatuentes, ut quaſcumque poſſeſſiones, quæcunque bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſtè, ac canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Imperatorum, Regum, aut Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, præſtante Domino, poteris adipiſci, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, locum ipſum, in quo prædicta Eccleſia ſita eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis, Parmen., Regien., Mutinen., Bononien., Imolen., Faventin., Forolivien., Foropompilien., Cœſenaten., Bobien., Cervien., Comaclen., & Adrien. Epiſcopatus, Monaſterium Galatienſe, & reliqua.

Let. C.

Item

Item in eodem privilegio paulò infrà circa medium ita legitur, videlicèt: diſtrictum Ravennaten. urbis, Ripam integram, monetam, Theloneum, muros, & omnes portas Civitatis, & quidquid Eccleſia Ravennaten. habet in EXARCHATU RAVENNÆ, ET COMACLEN. COMITATU cum honoribus, & pertinentiis ſuis Comitatum, ideſt ipſam Argentam cum Pado, Ripis, Paludibus, & piſcariis ſuis, contradis, viis, paſcuis, ſilvis, publicaris univerſis, & cum integro Comitatu Argenta, *& reliqua*.

piſcariis

In fine cujus Privilegii legitur: Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri JESU Chriſti, quatenùs, & hìc fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmium æternæ pacis inveniant. Amen.

Conceſſio Caſtri Brettonorii.

ALEXANDER EPISCOPUS
Servus Servorum Dei

Venerabili Fratri G. Raven. Archiepiſcopo, & dilectis Filiis Archidiacono, Præpoſito, & Choro Ravennati

Salutem, & Apoſtolicam benedictionem.

NOvimus, & tenemus ex privilegiis nobis repræſentatis, quomodo QUIDAM PRÆDECESSORES NOSTRI ECCLESIÆ VESTRÆ EXARCHATUM, ET DUCATUM RAVENNÆ DEDERUNT, & plerique alii Prædeceſſores noſtri, qui eis ſucceſſerunt ipſorum donationem privilegiis confirmarunt. Unde quia CASTRUM, ET COMITATUS DE BRITONORIO INFRA EUNDEM EXARCHATUM CONSI-

Lett. D.

STERE DICITUR, ſicut apparet ex publicis inſtrumentis: Nos fervorem devotionis, quam Eccleſia, & Civitas.

Reliqua deſunt.

EX libro magno Conciliorum S. Ravennatis Eccleſiæ, qui liber ſervatur in Bibliotheca ejuſdem Eccleſiæ in membrana magni corporis, & voluminis, miræque vetuſtatis, à capite cujus incipit. Numerus XXXIV. Item ejuſdem ad Alexandrum Antiochenum Epiſcopum de Pace literis rubris, & nigris, & poſt quatuor chartas incipit literis rubris, hoc modo: Hæc habetur præfatio Creſconii de concordia Canonum: Item concordia Canonum: Item concordia Canonum Conciliorum. Deinde ſequuntur duæ paginæ cum imaginibus duodecim Apoſtolorum miræ picturæ, & à tergo unius paginæ literis vetuſtiſſimis ſcripta habetur Synodus Provincialis Arnaldi Archiepiſcopi Ravennatenſis, quæ pagina incipit: Perpetuò regnante Domino noſtro JESU Chriſto tempore pii Cœſaris Ottonis III. in anno ſecundo Imperii ejus Indictione undecima ſub imagine Salvatoris, infra Valvas majoris Eccleſiæ Ravennæ: qua demonſtratur promulgatum fuiſſe Anno Dominicæ Incarnationis noningenteſimo nonageſimo ſeptimo, die Kalendarum Majarum Indictione XI. ſub clementiſſimo Imperio memorati Principis Ottonis III. ubi ejuſmodi verba ſcripta, atque exarata leguntur, videlicèt:

Anno 1014. Extat ap. Ughelli Ital. Sac. tom. 2. col. 359.

Perpetualiter Domino noſtro JESU Chriſto regnante quartodecimo Anno poſt milleſimum Divinitatem mortalitatis aſſumptæ ſub Imperio Clementiſſimi Auguſti D. Henrici in tertio Anno per quartam decimam Olimpiadem pridie Kalendarum Majarum congregata eſt Venerabilis Synodus Patrum in Eccleſia Ravennatenſi, cui vocabulum eſt Sanctæ Reſurrectionis infra portas majores ſub Imagine Salvatoris, Præſidente in ea Sanctiſſimo, ac Venerabili Arnaldo Archiepiſcopo Sedis ejuſdem, ſimul-

ſimulque cum celeberrimo, atque in Chriſto fideliſſimo Singefredo PLACENTINO EPISCOPO, ALIISQUE PATRIBUS PLURIBUS, ÆMILIÆ, FLAMINIÆ, ATQUE PENTAPOLIS PROVINCIARUM EXARCHATUS RAVENNÆ, cum multis aliis diverſorum ordinum Eccleſiæ Sanctæ Dei relatum eſt in Synodo, quod in viduitate Eccleſiæ Ravennatis, quæ pro peccatis noſtris undecim annis vidua manſit, & reliqua prout ſequuntur in dicta Synodo, uſque ad finem, cujus eſt: & ſi aliter fecerit, communione privetur.

Let. E.

EX libro Pomerii Eccleſiæ Ravennatis, cujus principium eſt: Liber Pomerium Eccleſiæ Ravennatis incipit: Inſtantiæ tuæ Reverende P. Michael S. Ravennatis Eccleſiæ: & poſt duas cartas incipit: Liber Ricobaldi Ferrarienſis de Hiſtoria Romana, & de aliis congeſtis compendio à Mundi principio, uſque ad hæc tempora incipit liber primus. Et poſtmodum Excelſus Deus ſicut per ſcribam tuum Moyſen. Qui liber eſt in membranis pervetuſtus, & ſervatur in ſupradicta Bibliotheca Sanctæ Ravennatenſis Eccleſiæ, paginamque quartam pictam eſſe omnibus apparet, picturis in margine variatis cum inſignibus nonnullis, & circa finem ipſius libri tractatur de Regionibus Europæ, & de aliarum Provinciarum deſcriptione, & de partibus Italiæ, inter quas Flaminia, & Æmilia eſſe reperiuntur, & in primis de Flaminia capite LX. ſic inquiens videlicèt:

Decima Flaminia à Flaminio Præſide, in qua ſunt Ravennæ, & quinque aliæ Civitates, & Faventia, Forumlivii, Forum Pompilii, Cæſena, & Cervia: De Arimino in dubio. Nam quidem Scriptores tradunt, eam Urbem à Romanis in Gallia conditam, & ſic erit in Flaminia. Lucanus autem dicit, Flumen Rubiconem, quod labitur inter Ariminum, & Ceſenam eſſe terminum, inter Galliam, & Anſoniam, loquens de Rubicone ſic dicit:

. . . . . *& Gallica certus*

Limes ab Ausoniis disterminat arva Colonis.

Ausoniam enim dicit Regionem Italiæ, quæ habet Rubiconem ab Occiduo, Galliam verò dicunt eam Regionem Italiæ, in qua Liguria, Æmilia, & Flaminia sunt, & hæc Gallia Cesalpina, vel Togata dicitur. In hac Flaminia Metropolis est Ravenna dicta quondam Pentapolis à quinque Civitatibus, quibus præerat. Fines autem Flaminiæ sunt ii; Ab Oriente Picenum, ab Occiduo Æmilia, à Meridie Alpes mediæ inter eam, & Umbriam, à Septentrione Mari Adriatico terminatur. Hæc Regio est uberrima cunctis bonis frugibus, vino, oleo, pomis, piscibus, pecoribus, & sale. Hæc habet montes felices, campos per plana porrectos, flumina, mare, paludes, & silvas, & viros armorum peritos, & faciles confligere prælio.

Item in eodem libro, & loco sequitur videlicèt:

De Æmilia cap. LXI.

Undecima est Æmilia ab Æmilio Præside olim recta ab Oriente Flaminia, ab Occiduo Liguria, à Meridie Alpes Appenninæ, quibus adjacet Tuscia, à Septentrione Padi fluenta. In hac sunt PLACENTIA, PARMA, Regium, Mutina, Bononia, & Imola, quæ Cornelia dicebatur. Hæc est pulcherrima pars, omnibus, & felix, & fructibus, & præstantia morum. In hac sunt montes commodi, plana feracia, & paludes ad pisces: In hac sunt viri regium cor habentes.

Let. F.

Postquam incontinenti prædicti Ser Franciscus Tizlonus, Ser Johannes Maria Ferrettus, Thomas Collinus Notarii Civitatis Ravennæ, & deputati ad auscultandum dicta transumpta cum eorum propriis scripturis, documentis, monumentis, libris antiquissimis omnibus repertis in Archivio publico, ut suprà in actis productis retulerunt se dicta transumpta invenisse concordari de

ver-

verbo ad verbum cum eorum propriis ſcripturis, documentis, munimentis, & libris antiquiſſimis in dicto Archivio inventis, & repertis unà inſimul cum prædicto Domino Judice, & Commiſſario præſenti, & inſimul cum ipſis vidente, audiente, & auſcultante de verbo ad verbum, & ut ſuprà inveniſſe concordare omni meliori modo &c.

Due Bolle una di Onorio II., e l'altra d'Innocenzo II. estratte da un Codice della Biblioteca Vaticana, dalle quali ſi dimoſtra quali foſſero le Città dell' Emilia, e dell' Eſarcato.

Privilegium Honorii Secundi confirmans Exarchatum Ravennæ.

HONORIUS EPISCOPUS
Servus Sevorum Dei

Somm. num. 6. Ex Cod. Bibl. Vat. inſer. Italiæ Exarchatus.

VEnerabili Fratri Gualterio Ravennati Archiepiſcopo, ejuſque Succeſſoribus Canonicè promovendis. Sacroſancta Romana Eccleſia Apoſtolica ab ipſo Salvatore noſtro Domino Jeſu Chriſto caput & cardo eſt omnium inſtituta. Non decet igitur a capite membra diſcedere, ſed eminenti rationi & ſuperni proviſioni capitis obedire. Moderatrix autem diſcretio capitis ſingulorum membrorum offitioſas actiones conſiderans uniuſcujuſque jus & ordinem a natura conſtitutum diſtinctè reſervat, & quibuſcunque nobilibus vetuſtatis ſuæ dignitatem ſine invidia ſociali charitate cuſtodit.

ſtodit. Hâc igitur indulti ratione honorem famoſæ Ravennatis Eccleſiæ Apoſtolicæ Sedis propriæ & ſpecialis filiæ ſine diminutione aliqua conſervare volumus. Ideoque Venerabilis Frater Gualteri, quem pro Eccleſiæ ſtrenuitate, doctrinæ, religionis, & morum honeſtate plena in Chriſto charitate diligimus, tuis rationabilibus poſtulationibus paternæ pietatis affectu annuimus. Per præſentis itaque Privilegii paginam confirmamus Epiſcopatus videlicet, EMILIÆ PROVINCIÆ, IDEST, PARMÆ, PLACENTIÆ, Regii, Mutinæ, Bononiæ, Ferrariæ, Adriæ, Comaclii, Imolæ, Faventiæ, Forilivii, Foripompilii, Bobii, Ceſenæ, Ficocleæ. Præterea confirmamus vobis EXARCHATUM RAVENNÆ, QUI ROMANÆ ECCLESIÆ JURIS EST, & Monaſteria Sancti Adelberti, Sancti Hilarii, ſeù cætera Monaſteria, & Poſſeſſiones ad noſtram Eccleſiam pertinentes per auctentica privilegia ab Anteceſſoribus noſtris & Catholicis Regibus traditis. Pompoſiani quoque Monaſterii curam perſonæ religionis tuæ, ſalvo Eccleſiæ noſtræ jure, committimus, ut regulari diſciplina per tuam induſtriam reformetur. Nulli ergo omnino hominum facultas ſit noſtram Ravennatenſem Eccleſiam temere perturbare, aut poſſeſſiones ejus auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur tam tuis, quàm Clericorum & Pauperum uſibus profutura. Si qua igitur Eccleſiaſtica in futurum ſecularisve perſona hanc noſtræ Conſtitutionis paginam ſcienter contra eam temere venire tentaverit, ac ſelectione Canonica ſine ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe Divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a Sacratiſſimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem

tem

tem eidem Ecclesiæ justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi quatenus & fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, Amen, Amen.

† Ego Honorius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

† Ego Bonifacius Cardinalis S. Marci subscripsi.

† Ego Gregorius Cardinalis Sanctorum Apostolorum subscripsi.

† Ego Benedictus Cardinalis Tit. S. Eudoxiæ subscripsi.

† Ego Anastasius Presbyter Cardinalis Tit. Sancti Clementis subscripsi.

† Ego Conradus Presbyter Cardinalis Tit. S. Pastoris subscripsi.

† Ego Desiderius Presbyter Tit. S. Praxedis subscripsi.

† Ego Deusdedit Cardinalis Presbyter Tit. S. Laurentii in Damaso subscripsi.

† Ego Petrus Pisanus Presbyter Cardinalis S. Martyris Susannæ subscripsi.

† Ego Petrus Cardinalis Tit. S. Calisti subscripsi.

† Ego Petrus Presbyter Cardinalis Tit. S. Marcelli subscripsi, & alii quam plures.

† Ego Vitalis Albanen. Episcopus subscripsi.

† Ego Petrus Portuen. Episcopus subscripsi.

† Ego Guilidinus Prænestinus Episcopus subscripsi.

† Ego Egidius Tusculanus Episcopus subscripsi.

† Ego Comes S. Mariæ in Agro Diaconus subscripsi.

† Ego GG. Diaconus Cardinalis S. Angeli subscripsi.

† Ego Romanus Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Porticu subscripsi.

✝ Ego GG. Diaconus Cardinalis Sanctorum Sergii & Bacchi ſubſcripſi & alii quam plures.

Datum Laterani per manum Almerici Anno MCXXV. Dominicæ Incarnationis.

Privilegium aliud Innocentii PP. Secundi ſuper eodem Exarchatu.

INNOCENTIUS EPISCOPUS Servus Servorum Dei,

VEnerabili Fratri Gualterio Ravennati Archiepiſcopo ejuſque Succeſſoribus catholicè ſubſtituendis in perpetuum. Diſcreta & provida Sedis Apoſtolicæ diſpenſatio hanc ſervare temperantiam conſuevit, ut ſingulorum jus & dignitatem cuſtodiat, & quos ad obſequium ſuum devotiores ac promptiores invenerit, eos arctioris dilectionis & familiaritatis benevolentia ſibi aſtringat. Quia ergo te, Venerabilis Frater Gualteri Ravennat. Archiepiſcope, Matrem tuam Sanctam Romanam Eccleſiam toto mentis deſiderio venerari ac diligere, & emergentibus perſecutionum ſcandalis tanquam verum in Religione probatum, & in fide Catholicâ firmum pro ejus utilitate & ſervitio viriliter deſudas, Te manifeſtis perſenſimus argumentis; Perſonam tuam amplioris charitatis affectione diligimus, & Eccleſiam tibi a Deo commiſſam ex injuncto Nobis Pontificalis officii culmine libentius honoramus. Tibi igitur, Frater in Chriſto cariſſime, rationabilibus poſtulationibus gratum præbentes aſſenſum, per præſentis Privilegii paginam confirmamus tibi, tuiſque Succeſſoribus in Romanæ Eccleſiæ ſubjectione atque obedientia permanentibus, ſalvo nimirum in omnibus Apoſtolicæ Sedis jure

re atque auctoritate, Episcopatus videlicet EMILIÆ PROVINCIÆ IDEST PLACENTIÆ, PARMÆ, Regii, Mutinæ, Bononiæ, Ferrariæ, Adriæ, Comacli, Imolæ, Faventiæ, Forilivii, Foripompilii, Bobii, Cesenæ, Ficocleæ. Præterea vobis præsenti scripto confirmamus EXARCHATUM RAVENNÆ, QUI ROMANÆ ECCLESIÆ JURIS EST, & Monasteria & cætera omnia quæ in Privilegio Honorii suprascripta de verbo ad verbum continentur.

† Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus subscripsi signum manus meæ. Adjuva Nos Deus salutaris noster.

† Ego Guilielmus Prænestinus Episcopus subscripsi.

† Ego Joannes Hostien. Episcopus subscripsi.

† Ego Oddo Diaconus Cardinalis Sancti Georgii ad Velum aureum subscripsi.

† Ego Ubertus Cardinalis Sancti Clementis subscripsi.

Actum Bononiæ per manum Almerici Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconi Cardinalis & Cancellarii XII. Kal. Januarii Indictione X. Incarnationis Dominicæ Anno MCXXXIII. Pontificatus vero Domini Innocentii PP. Secundi anno III.

Diploma di Arrigo V. col quale restituisce alla Romana Chiesa tutti i Beni, e Dominj, che in suo tempo, o in tempo di suo Padre erano stati alla medesima tolti, e quelli che non aveva si obbliga di procurare che da altri siano restituiti.

In Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis.

Somm. num. 7. *Ex Arch. Arcis S. Angel.*

EGo Henricus Dei gratia Romanorum Imperator Augustus pro Amore Dei & S. R. E., & D. Papæ Calixti, & pro remedio animæ meæ, dimitto Deo, & Sanctis ejus Apostolis Petro & Paulo, Sanctæque Catholicæ Ecclesiæ omnem investituram per anulum & baculum, & concedo in omnibus Ecclesiis, quæ in Regno, vel Imperio meo sunt, canonicam fieri electionem, & liberam consecrationem. POSSESSIONES ET REGALIA B. PETRI, QUÆ A PRINCIPIO HUJUS DISCORDIÆ USQUE AD HODIERNAM DIEM, SIVE TEMPORE PATRIS MEI, SIVE ETIAM MEO ABLATA SUNT, QUÆ HABEO, EIDEM S. R. E. RESTITUO, QUÆ AUTEM NON HABEO, UT RESTITUANTUR FIDELITER JUVABO. Possessione etiam omnium aliarum Ecclesiarum, & Principum, & aliorum tam Clericorum, quàm Laicorum, quæ in guerra ista ammissæ sunt, consilio Principum vel justitia, quæ habeo, reddam, quæ non habeo, ut reddantur, fideliter juvabo. Et do veram pacem D. Papæ Callisto, Sanctæque R. E., & omnibus, qui in parte ipsius sunt vel fuerunt; Et in quibus S. R. E. auxilium postulaverit, fideliter juvabo. Et de quibus mihi fecerit querimoniam, debitam sibi faciam justitia. Hæc omnia acta sunt consensu, & con-

silio

ſilio Principum, quorum nomina ſubſcripta ſunt:
Adalbertus Archiepiſcopus Moguntinus.
Fridericus Colonien. Archiepiſcopus.
H. Ratisbonen. Epiſcopus.
O. Bambergen. Epiſcopus.
B. Spiren. Epiſcopus.
H. Auguſtenſis.
G. Trajecten.
V. Conſtantien.
E. Abbas Wldenſis.
Henricus Dux
Fridericus Dux.
S. Dux.
Eertolfus Dux.
Marchio Leipoldus.
Marchio Engelbertus.
Godefridus Palatin.
Otto Palatinus Comes.
Beringarius Comes.
Loco ✝ ſigni
Ego Fridericus Colonienſis Archiepiſcopus, & Archicancellarius recognovi.

Ca-

Capitolazione conclusa in Anagni trà li Ambasciadori di Federigo Imperadore, e li Cardinali deputati Mediatori dal Pontefice Alessandro III. per trattare la Pace trà la Chiesa, e l'Imperio, sottoscritta da' suddetti Ambasciadori, e Plenipotenziarj Imperiali, nella quale si promette, che Federigo restituirebbe alla Sede Apostolica i Beni, e le Terre della Contessa Matilde, quali aveva al tempo dell'Imperadore Lotario, che ne fù da Innocenzo II. investito.

Somm. num. 8. *Ex Arch. Castri S. Ang.*

DOminus Imperator, & Domina Imperatrix, & D. Henricus Rex filius eorum, & Principes universi exhibent Ecclesiæ Romanæ, quod primum & principale est, videlicet quod Dominum PP. Alexandrum in Catholicum & universalem Papam recipient, & debitam reverentiam exhibebunt, sicut Catholici sui Antecessores suis Catholicis Antecessoribus exhibuerunt, & reddet D. Imperator veram pacem tam Domino PP. Alexandro, quàm omnibus Successoribus suis, & toti Ecclesiæ Romanæ; ET UNIVERSA REGALIA, ET ALIAS POSSESSIONES SANCTI PETRI, QUAS IPSE ABSTULIT, VEL SUI, VEL ALII FAVORE IPSIUS, QUAS SCILICET ROMANA ECCLESIA HABUIT A TEMPORE INNOCENTII, DOMINO PAPÆ ALEXANDRO, ET ECCLESIÆ ROMANÆ RESTITUET, ET AD RETINENDUM JUVABIT. Possessionem quoque Præfecturæ Urbis D. Imperator liberè & plenariè restituet Domino Papæ Alexandro, & Romanæ Eccle-

siæ

fiæ, si autem post obtentam plenam restitutionem ejus D. Imperator aliquid juris intra voluerit requirere a D. PP., & ab Ecclesia Romana, cum hoc postulaverit, paratus erit D. Papa & Ecclesia Romana justitiam ei exhibere; similiter & universos Vassallos Ecclesiæ, quos occasione scismatis Imperator abstulit, vel recepit, absolvet & Domino Papæ A., & Ecclesiæ Romanæ restituet. Possessionem et Terram Comitissæ Matildis, sicut Ecclesia Romana tempore Lotharii Imperatoris, et D. Regis Conradi, et etiam tempore hujus Domini F. Imperatoris habuit, Domino Papæ A. et Ecclesiæ Romanæ restituet, sicut etiam dictum est inter Mediatores pacis. Præterea D. Papa, & D. Imperator ad honorem & jura Ecclesiæ & Imperii conservanda vicissim se juvabunt, D. Papa, ut benignus Pater, devotum & carissimum Filium & Imperatorem Christianissimum; Dominus verò Imperator, ut devotus filius, & Christianissimus Imperator dilectum & Reverendum Patrem, & Beati Petri Vicarium. Quæquumque autem tempore scismatis, vel occasione ipsius, aut sine ordine judiciario Ecclesiis a Domino Imperatore vel suis sunt ablata, eis restituentur; pacem etiam veram Dominus Imperator faciet cum Lombardis secundum quod tractabitur per Mediatores, quos D. Papa, & D. Imperator, & Lombardi ad perficiendum interposuerint. Et postquam de pace inter Dominum Papam, Ecclesiam, & Imperatorem dispositum fuerit sufficienter, aliquid in tractatu pacis D. Imperatoris emerserit, quod per Mediatores componi non possit, arbitrio majoris partis mediatorum, qui ex parte D.Papæ,& D.Imperatoris ad id constituti sunt, stabitur: Ipsorum autem mediatorum par numerus erit. Pacem veram reddet D.Imperator Regi Siciliæ, & Imperatori Constantinopolitano, & universis adjutoribus Ecclesiæ Romanæ, & nullum

lum malum meritum reddet per se, vel suos pro servitio collato Ecclesiæ Romanæ. De querelis autem & controversiis, quæ ante tempora D. Papæ Adriani inter Ecclesiam, & Imperatorem; inter D. Imperatorem, & Regem Siciliæ vertebantur, Mediatores Domini Papæ, & D. Imperatoris constituentur, quibus committentur, & eas judicio, vel concordia terminabunt. Interim autem, donec tractatus pacis durabit, hinc inde guerræ & offensæ cessabunt; si verò prædicti Mediatores non convenerint, arbitrio D. Papæ, & Domini Imperatoris, vel ejus, vel eorum, quos ad id elegerint, finientur. Interim autem similiter hinc inde offensæ cessabunt. Christiano autem dicto Cancellario Moguntinus Archiepiscopatus, Philippo autem Coloniensis concedentur Archiepiscopatus, & confirmabuntur cum omni plenitudine Archiepiscopalis dignitatis, & officii, & primus Archiepiscopatus, qui in Regno Teutonico vacabit, Domino Conrado auctoritate D. Papæ, & auxilio D. Imperatoris assignabitur, qui tamen congruus ei videatur: Interim autem per D. Papam, & D. Imperatorem ei honorificè providebitur. Ei autem, quid dicitur Calixtus, una Abbatia dabitur; illi autem, qui dicebantur ejus Cardinales, redibunt ad loca, quæ ante scisma habuerunt, nisi ea sponte vel judicio dimiserant, & in ordinibus, quos ante scisma perceperunt, relinquentur. Gero autem nunc dictus Halberstamensis precisè deponetur, & Ulricus verò Halberstamensis restituetur. Alienationes a Gerone factæ, & Beneficia data similiter, & ab omnibus intrusis auctoritate D. Papæ, & D. Imperatoris cassabuntur, & suis Ecclesiis restituentur. De electione Brandeburgensis Episcopi, qui ad Bremensem Archiepiscopatum electus erat, cognoscetur, & si canonicum fuerit, ad eamdem Ecclesiam transferetur, & quæcumque a Baldesserino, qui nunc præ-

præeſt Bremen. Eccleſiæ alienata, vel imbeneficiata ſunt, ſicut Canonicum & juſtum fuerit, reſtituentur. Item quæ Salſeburgen. Eccleſiæ tempore ſciſmatis ſubtracta ſunt, ei plenè reſtituentur. Univerſi Clerici, qui ſunt de Italia, vel aliis regionibus, qui ſunt extra Teutonicum Regnum diſpoſitioni, & judicio D. Papæ A. Succeſſorumque, & Romanæ Eccleſiæ relinquentur; ſi verò Domino Imperatori rogare placuerit pro ordinibus aliquorum, quos canonicè perceperint, uſque ad X. vel XII., ſi inſtare voluerit, exaudietur. G. autem Mantuanus ad Epiſcopatum quondam ſuum reſtituetur; ita tamen quod ille, qui nunc eſt Mantuanus, auctoritate D. Papæ, & auxilio D. Imperatoris ad Tridentinum Epiſcopatum transferatur, niſi forte inter D. Papam, & D. Imperatorem convenerit, ut in alio ei Epiſcopatu provideatur: Archipresbyter autem de ſacco Archipreſbyteratui quondam ſuo, & aliis beneficiis, quæ ante ſciſma habuit, cum omni plenitudine reſtituetur. Univerſi etiam ordinati a quondam Catholicis, vel ab Ordinatis eorum in Theutonico Regno reſtituentur in ordinibus taliter perceptis. De Argentinenſi autem, & Baſilienſi dictis Epiſcopis, qui ordinati fuerunt a Guidone Cremenſi in eodem Regno a prædictis mediatoribus committetur quinque vel octo Epiſcopis, quos ipſi elegerint, qui, præſtito juramento, firmabunt, quod illud conſilium de ipſis Romano Pontifici, & Domino Imperatori dabunt, quod viderunt, ſe canonicè poſſe dare abſque periculo ſcilicet animæ D. Papæ, & D. Imperatoris, & ſuæ, & Dominus Papa acquieſcet conſilio eorum. Dominus autem Papa, & omnes Cardinales, ſicut receperunt Dominus Imperatorem F. in Romanum & Catholicum Imperatorem, & B. felicem ejus Uxorem in Catholicam & Romanam Imperatricem. Ita quod ipſa recipiat . . . . . . Catholicum Regem. Pacem

veram reddent D. Papa A., & Cardinales . . . .
D. Imperatori, & H. Regi Filio eorum, & universis adjutoribus ipsorum, salvis quæ de spiritualibus dispositioni & judicio D. Papæ & Romanæ Ecclesiæ præsenti scripto relinquuntur, & salvo omni jure Romanæ Ecclesiæ adversus detentores rerum B. Petri, & salvis his, quæ scripta sunt tam pro parte D. Papæ, & Ecclesiæ, quàm pro parte Imperatoris & Imperii. Pacem verò prædictam Romanus Pontifex promittet se observaturum in verbo veritatis, & omnes Cardinales; & Privilegium inde faciet cum subscriptione omnium Cardinalium; ipsi etiam Cardinales scriptum confirmationis prædictæ pacis facient cum appositione sigillorum suorum, & D. Papa statim advocato Concilio, quale subitò advocari potest, cum Cardinalibus, Episcopis, aliisque Religiosis viris, qui interfuerint, excommunicationem statuet in omnes, qui hanc pacem infringere temptaverint. Deinde in Generali Concilio idem faciet. Plures etiam de Nobilibus Romanis & Capitaneis Campaniæ hanc eamdem pacem juramento firmabunt. Imperator verò pacem hanc ipsam firmabit juramento suo, & Principum, & confirmationem corroborabit scripto suo cum subscriptione sua & Principum. Si forte, quod absit, D. Papa præmoriatur, D. Imperator, & D. Henricus Rex Filius ejus, & Principes hanc formam pacis & compositionis firmiter observabunt Successoribus suis, & Cardinalibus universis, & toti Ecclesiæ Romanæ, & Regi Siciliæ, & Lombardiæ, & cæteris, qui secum sentiunt. Similiter, quod absit, si Dominus Imperator præmoriatur, D. Papa, & Cardinales, & Ecclesia Romana jam dictam pacem firmiter observabunt Beatrici felici Uxori ejus, & Henrico Filio ejus, & omnibus de Teutonico Regno, & cæteris, sicut scriptum est, adjutoribus suis. Interim verò . . . . . D. Imperator per se vel

vel ſuos guerram non faciet tempore D. Papæ. . . . .
Si verò quod Deus avertat, ab altera partium renunciatum fuerit tractatui pacis, poſtquam eadem renunciatio ſignificata fuerit alteri Parti, prædicta ſecuritas per tres menſes inconvulſa perſeveret.

† Ego Wigmañus Madeburgen. Archiepiſcopus ſubſcripſi.

† Ego . . . . guntinus Archiepiſcopus ſubſcripſi.

† Ego Conradus Wormatien. Electus ſubſcripſi.

† Ego Arduinus Imperialis Aulæ Prothonotarius ſubſcripſi.

Carta di ſolenne giurata Promeſſa fatta al Pontefice Aleſſandro III. ed a' Cardinali dagli Ambaſciadori, e Plenipotenziarj di Federigo, nella quale coerentemente alla Capitolazione antecedentemente concordata promettono, ed impegnono la loro fede, che l'Imperador Federigo reſtituirà alla Romana Chieſa l'Allodio della Conteſſa Matilde.

NOs Legati D. Imperatoris C. Maguntin. & W. Madeburgen. Archiepiſcopus, & Warmacien. Electus, Sacræ Aulæ Imperialis Protonotarius ad pacem Eccleſiæ, & Imperii ordinandam deſtinati promittimus, & fidem damus, quod Dominus Imperator, & ſui, Dominum Papam A. recipient, & reverentiam exhibebunt; & veram pacem relinquet D. Imperator D.Papæ A., & Succeſſoribus ſuis, & toti Romanæ Eccleſiæ,

Somm. num. 9. *Ex Arch. Arcis S. Angeli.*

& Præfecturam Urbis, ET TERRAM COMITISSÆ MATILDÆ RESTITUET EI, & quod ordinatum est de Calixto ex parte sua observabit, & quantum in se erit, operam dabit efficacem, ut D. C. assequatur, quod a Nobis & Vobis scripto est ordinatum. Hæc omnia faciet D.Imperator, sicut a Vobis, Domini Cardinales, qui ad ordinandam pacem ex parte Ecclesiæ estis constituti, & Nobis, in scripto communiter disposito, est ordinatum, pace de cæteris plene disposita, sicut scripto ordinavimus, vel ordinaverimus Nos vel alii, qui ad hæc disponenda & complenda fuerint constituti. DE REGALIBUS VERÒ B. PETRI, ET ALIIS POSSESSIONIBUS, QUAS D. IMPERATOR ABSTULIT, VEL SUI, VEL ALII FAVORE IPSIUS, JURAMUS, QUOD IPSUM FACIEMUS JURARE, QUOD SCILICET EA, QUÆ HABET DE PRÆDICTIS, IPSI VEL SUI BONA FIDE RESTITUET; DE HIS, QUÆ ALII HABENT, BONA FIDE OPERAM DABIT STUDIOSAM, UT SIMILITER RESTITUANTUR. Et juramus, quod bona fide operam dabimus, ut ea, quæ juraverit, exequatur, cum pax plenè fuerit disposita de Rege Siciliæ, & Lombardis, sicut ordinavimus, vel ordinandum statuerimus. Et de cæteris, quæ in scripto prædicto continentur, ut impleantur, sicut ordinaverimus, operam bona fide dabimus. Promittimus etiam, & juramus, quod si D.Imperator (quod absit) mortuus fuerit ante complementum pacis communi scripto dispositę, Domina B. Imperatrix, & Domini Henricus Rex Filius ejus, & Principes formam pacis communi scripto dispositam complebunt, jurabunt, & observabunt, sicut communiter est ordinatum, vel communiter ordinabitur a Mediatoribus utriusque partis D. PP. A. & Successoribus suis, & universis Cardinalibus, & toti Romanæ Ecclesiæ. Præterea Domino Papæ, & universis Cardinalibus, & Clericis, & famulis, & rebus eorum universis in Comitatu

tu eorum exiſtentibus firmam, & plenam ſecuritatem ex parte D. Imperatoris, & ſuorum omnium damus in eundo Venetias vel Ravennam, & cætera loca, ad quæ procedere diſpoſuerint, & in quibus fuerint, & manendo, & redeundo ſive pax compleatur, ſive diſrumpatur: Et ſi diſrumpatur (quod Deus avertat) juramus, quod poſt diſruptionem per tres menſes firmam treguam obſervabit D. Imperator, & ſui Domino Papæ Alexandro, & toti Terræ ſuæ, quam ipſe tenet, & Rex Siciliæ, vel alii per eum, & ſicut promittimus, & damus, ita juramus, quod D. Imperator per ſe ex parte ſua obſervabit, ita quod nec per ſe, nec per ſuos aliquod gravamen ſeu impedimentum eis ſcienter inferet, vel inferri conſentiet, & ſi quis, eo ignorante, intulerit, bona fide emendari faciet. Præcipiemus etiam, & a Domino Imperatore diſtrictè mandari, & præcipi faciemus per Terras ſuas univerſas, ſub pœna perſonarum, & rerum, Balivis ſuis univerſis, & aliis Nobilibus per Terras, & Caſtra conſtitutis, & per Balivos aliis, quibus præcipi oportebit, ut nullos ad D. Papam A., vel Cardinales procedentes, vel ad eos venientes, vel ab eis redeuntes, vel quos miſerint, offendent, vel offendi permittent. Et ſi quis, eis ignorantibus, offenderit, quantocitius poterunt, bona fide facient emendari. Faciemus etiam, quod D. Imperator in præſentia Nuncii, quem D. Papa, & Cardinales Nobis direxerint, vel Cardinalium, quos præmiſerint, faciet jurari in anima ſua, quod prædictam ſecuritatem mutua bona fide, ſicut prædictum eſt, obſervabit, & faciet obſervari. Cæterum poſtquam D. Imperator juraverit ea, quæ communiter diſpoſuimus eum juraturum, Nos a juramento erimus abſoluti, excepto quod tenebimur de his, quæ præcisè juravimus, & excepto quod tenebimur juramento, quod bona fide

de operam dabimus, ut cætera, quæ in communi ſcripto continentur, impleantur.

Capitolazione di Anagni mutata a piacere di Federigo, e da Lui approvata, e ratificata, avendo il Sommo Pontefice Aleſſandro ſtimato meglio diſſimulare, e cedere al tempo, e alla neceſſità, che diſturbare la cotanto deſiderata pubblica Pace, e tranquillità dell'Italia, e dell'Europa.

Somm. num. 10. *Ex Arch. Caſtr. S. Ang.*

D. Imperator F. ſicut D. Papam A. in Catholicum & Univerſalem Papam recepit, ita ei debitam reverentiam exhibebit, ſicut Catholici ſui Anteceſſores ſuis Catholicis Anteceſſoribus exhibuerunt. Succeſſoribus quoque ſuis Catholicè intrantibus eamdem reverentiam exhibebit: & reddet D. Imperator veram pacem tam D. Papæ Alexandro, quàm omnibus Succeſſoribus ſuis, & toti Romanæ Eccleſiæ OMNEM VERÒ POSSESSIONEM, ET TENIMENTUM SIVE PRÆFECTURÆ, SIVE ALTERIUS REI, QUAM ROMANA ECCLESIA HABUIT, ET IPSE ABSTULIT PER SE, VEL PER ALIOS, BONA FIDE RESTITUET EI, ſalvo omni jure Imperii: Eccleſia quoque Romana omnem Poſſeſſionem, & Tenimentum, quod ei abſtulit per ſe vel per alios, bona fide ei reſtituet, ſalvo omni jure Romanæ Eccleſiæ: poſſeſſiones etiam quas D. Imperator reſtituet ad retinen. juvabit. ſimilit. & univerſos Vaſſallos Eccleſiæ, quos occaſione ſciſmatis D. Imperator abſtulit, vel recepit, D. Imperator abſolvet, & D. Papæ A. reſtituet, & Eccleſiæ Romanæ. Præterea D. Imperator, & D. Papa ad honorem & jura Eccleſiæ & Imperii conſervanda ſe viciſſim juvabunt,

D. Pa-

D. Papa ut benignus Pater devotum & Chariſſimum Filium, & Imperatorem Chriſtianiſſimum, D. verò Imperator, & verus Filius, & Chriſtianiſſimus Imperator dilectum & Reverendum Patrem, & B. Petri Vicarium. Quæcumque a tempore ſciſmatis, vel occaſione ipſius, aut ſine ordine judiciario Eccleſiis a D. Imperatore, vel ſuis ſunt ablata, eis reſtituentur. Domina B. Imperatrix recipiet D. Papam A. in Catholicum, & univerſalem Papam, D. quoque Henricus Rex filius eorum ſimiliter eum recipiet, & ei, & Catholicis Succeſſoribus ſuis debitam reverentiam exhibebit, & juramentum, quod D. Imperator exibuerit, ſimiliter & ipſe præſtabit. Pacem autem veram reddit D. Imperator & D. Henricus Rex Filius ejus Illuſtri Regis Siciliæ uſque ad xv. annos, ſicut per Mediatores pacis eſt ordinatum & ſcriptum. Conſtantinopolitano autem Imperatori, & univerſis adjutoribus Eccleſiæ Romanæ, pacem veram reddit, & nullum malum meritum reddet eis per ſe, vel per ſuos pro ſervitio collato Eccleſiæ Romanæ. De querelis autem, & controverſiis, quæ ante tempora D. Adriani inter Eccleſiam, & Imperium vertebantur, Mediatores ex parte D. Papæ, & D. Imperatoris conſtituentur, quibus committentur, ut eæ judicio vel concordia terminentur. Si verò prædicti Mediatores non convenerint, judicio D. Papæ, & D. Imperatoris, vel ejus, ſeu eorum, quos ad id elegerint, finientur. Chriſtiano autem dicto Cancellario Maguntinus Archiepiſcopatus; Philippo autem Colonien. Archiepiſcopatus concedentur, & confirmabuntur eis cum omni plenitudine Archiepiſcopalis dignitatis & officii, & primus Archiepiſcopatus, qui in Theutonico Regno vacaverit, Domino Conrado auctoritate D. Papæ & auxilio D. Imperatoris aſſignabitur, qui tamen congruus videatur. Ei autem qui dicitur Calixtus, una Abbatia dabitur; illi autem,

qui

qui dicebantur ejus Cardinales, redibunt ad loca, quæ primò habuerunt, nisi ea sponte vel judicio dimiserant, & in ordinibus, quos ante scisma perceperunt, relinquentur. Gero autem nunc dictus Alberstaten. præcisè deponetur, & Ulricus Verus Alberstaten. restituetur. Alienationes a Gerone factæ, & Beneficia data similiter & ab omnibus intrusis auctoritate D. Papæ, & D. Imperatoris cassabuntur, & suis Ecclesiis restituentur. De electione Brandeburgen. Episcopi, qui ad Bremensem Archiepiscopatum electus erat, cognoscetur, & si Canonicum fuerit, ad eamdem Ecclesiam transferetur. Et quæcumque ab Alderuino, qui nunc præest Bremensi Ecclesiæ, alienata vel inbeneficiata sunt, sicut Canonicum & justum fuerit, eidem Ecclesiæ restituentur. Item quæ Salisburgen. Ecclesiæ tempore scismatis subrepta sunt, ei plenarie restituenter. Universi Clerici, qui sunt de Italia, vel aliis regionibus, qui sunt extra Theutonicum Regnum dispositioni & judicio D. Papæ A., Successorumque ejus relinquuntur. Si verò Domino Imperarori placuerit rogare pro ordinibus aliquorum, quos Canonicè perceperunt, usque ad x. vel xii.; si instare voluerit, exaudietur. G. autem Mantuanus ad Episcopatum quondam suum restituetur, ita tamen quod ille, qui nec est Mantuanus auctorite D. Papæ, & auxilio D. Imperatoris ad Tridentinum Episcopatum transferetur, nisi forte inter D. Papam, & D. Imperatorem convenerit, ut in alio ei Episcopatu provideatur; Archipresbyter verò de facco in Archipresbyteratu quondam suo, & in aliis beneficiis, quæ ante scisma habuit, cum omni plenitudine restituetur. Universi etiam ordinati a quondam Catholicis, vel ab ordinatis eorum in Theutonico Regno restituentur in ordinibus taliter perceptis, nec occasione hujus scismatis gravabuntur. De Argentinen. autem & Basilien. dictis Episco-

ſcopis, qui ordinati fuerunt a Guidone Cremenſi in eodem Regno a prædictis Mediatoribus committetur decem, vel octo, quos ipſi elegerint, qui præſtito juramento firmabunt, quod illud conſilium de ipſis Romano Pontifici, & Domino Imperatori dabunt, quod viderint ſe canonicè poſſe dare, abſque periculo ſcilicet animæ Domini Papæ, & D. Imperatoris, & ſuæ, & D. Papa adquieſcet eorum conſilio. D. autem Papa, & omnes Cardinales, ſicut receperunt D. Imperatorem F. in Romanum, & Catholicum Imperatorem, ita recipient. B. felicem Uxorem ejus in Catholicam & Romanam Imperatricem, ita tamen quod ipſa coronetur a D. Papa A., vel a Legato ipſius. Dominum autem Henricum Regem Filium eorum in Catholicum Regem recipient; pacem etiam veram reddent D. Papa & Cardinales D. Imperatori F., & D. Imperatrici B., & Henrico Regi Filio eorum, & univerſis adjutoribus ipſorum, ſalvis, quæ de ſpiritualibus diſpoſitioni & judicio D. Papæ A. & Romanæ Eccleſiæ, præſenti ſcripto relinquuntur; & ſalvo omni jure Romanæ Eccleſiæ adverſus detentatores rerum B. Petri, & ſalvis his, quæ præſcripta ſunt tam pro parte Eccleſiæ, quàm pro parte D. Imperatoris & Imperii. Pacem verò prædictam promittit D. Papa ſe obſervaturum in verbo veritatis, & omnes Cardinales, & privilegium inde faciet cum ſubſcriptione omnium Cardinalium. Ipſi etiam Cardinales ſcriptum confirmationis prædictæ pacis facient cum appoſitione ſigillorum ſuorum, & D. Papa ſtatim advocato Concilio, quale ſubito advocari poterit, cum Cardinalibus, Epiſcopis, aliiſque Religioſis Viris, qui interfuerunt, excommunicationem ſtatuet in omnes, qui hanc pacem infringere temptaverint. Deinde in Generali Concilio idem faciet. Principales etiam de Nobilibus Romanis, Capitaneis Campaniæ hanc eamdem pacem

jura-

juramento firmabunt; Imperator verò prædictam pacem Ecclesiæ, & jamdictam pacem xv. annorum Illustris Regis Siciliæ, & treguam Lombardorum a proximis scilicet Augusti, usque ad vi. annos firmabit juramento suo, & Principum, & faciet Lombardos, qui ex parte sua sunt, sicut in communi scripto treuguæ dispositum & scriptum est eamdem treuguam firmari. Si verò aliquis fuerit ex parte Imperatoris, qui prædictam treuguam jurare recusaverit; Imperator præcipiet universis, qui ex parte sua sunt sub debito fidelitatis, & gratiæ suæ, ut nullum præstent ei auxilium, & volentibus eum offendere, in nullo obsistant, vel contradicant. Et si quis offenderit, non teneatur inde. Mandatum autem istud non revocabit D. Imperator, donec treugua durabit; & D. Henricus Rex Filius ejus prædicta firmabit, sicut scripto dispositum est: Dominus etiam Imperator prædictam pacem Ecclesiæ, & Illustris Regis Siciliæ usque ad xv. annos, & treuguam Lombardorum corroborabit scripto suo cum subscriptione sua & Principum. Si verò (quod absit) D.Papa præmoriatur, D.Imperator, & D. Henricus Rex Filius, & Principes hanc formam pacis & compositionis firmiter observabunt Successoribus suis, & universis Cardinalibus, & toti Romanæ Ecclesiæ, & Illustri Regi Siciliæ, & Lombardiæ, & cæteris, qui secum sentiunt. Similiter (quod absit) si D. Imperator præmoriatur, D. Papa & Cardinales, & Ecclesia Romana jam dictam pacem firmiter observabunt Successori suo, & B. felici Uxori ejus, & Henrico Regi Filio ejus, & omnibus de Theutonico Regno, & cæteris adjutoribus suis, sicut præscriptum est, & Successores D. Papæ similiter observabunt. Subscript.

† Wremanus Madiburgen. Archiepiscopus subscripsi.

† Philippus Colonien. Archiepiscopus subscripsi.

† Ego

† Ego Christianus Maguntin. Archiepiscopus subscripsi.

† Ego Arnuldus Geneen. Archiepiscopus subscripsi.

† Ego Arduinus Imperialis Prothonotarius subscripsi.

Reverendo in Christo Patri D. Papæ Alexandro S. Romanæ Ecclesiæ summo & universali Pontifici Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator & semper Augustus debitam obedientiam, & filialis devotionis effectum. Cum Imperatoria Majestas a Rege Regum ad hoc in terris ordinata sit, ut per ejus opera totius orbis pacis gaudeat incremento, Nos, quos Deus in Solio Romani Imperii constituit, eam diligentius amplecti, & ferventius conservare debemus & volumus. Inde est, quod pacem Ecclesiæ, & Imperii, secundum quod a Principibus Nostris, & a Cardinalibus Romanæ Ecclesiæ disposita est, & ordinata, & in scripto Principum nostrorum sigillis eorum signato continetur, sicut per interpositam personam secundum formam, quæ in scripto continetur, jurari fecimus, sic præsenti scripto Nos firmiter observare promittimus, confirmamus, & ratum in posterum permanere volumus, & sic deinceps firmiter observabimus, & faciemus, quantum in Nobis fuerit, Deo propitio observari. Datum apud Venetias in Palatio Ducis xv. Cal. Octobris Indictione x.

Bolla d'Innocenzo IV. ſimile all' antecedente fatta in Concilio Generale di Lione, nella quale, dopo una lettera, o diploma di Giovanni Rè d'Inghilterra, ed' un'altro di Pietro di Aragona, e il giuramento di fedeltà preſtato dal Marcheſe di Maſſa Giudice di Cagliari, e da Beatrice ſua moglie, ſi contengono due Diplomi di Filippo Duca di Svevia eletto Rè de' Romani, nel primo de' quali fà molte ample promeſſe, maſſimamente di reſtituire alla Romana Chieſa tutto ciò, che da eſſo, e da' ſuoi Anteceſſori era ſtato ingiuſtamente occupato; nell'altro ratifica le dette promeſſe, e ſi obbliga di fedelmente oſſervarle.

INNOCENTIUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei

Somm. num. II. *Ex Arch. Caſtr. S. Ang.*

Univerſis Chriſti fidelibus, ad quos Literæ iſtæ pervenerint

Salutem, & Apoſtolicam benedictionem.

NE occaſione caſuum futurorum, quibus corporalia ſubjacent univerſa, privilegia, & literæ, quæ tempo-

poribus retroactis ab Imperatoribus, & Regibus, aliisque Principibus Nobilibus, ac fidelibus Christianis Sedi Apostolicæ sunt concessa, vel missa, quorum aliqua Bullis aureis, alia verò sigillis plumbeis, aut cereis roborata esse noscuntur, valeant deperire. Nos his omnibus, & eorumdem characteribus sigillorum diligenter inspectis quædam ex ipsis, non corrupta, non cancellata, nec etiam viciata præsenti pagina facientes de verbo ad verbum, nihil addito mutato, vel dempto, transcribi, & transcripta hujusmodi Prælatorum Ecclesiasticorum, quorum nomina inferius continentur, sigillorum munimine roborari auctoritate Apostolica Sacro Concilio decernimus approbante, ut illa eadem fides transcriptis adhibeatur de cætero memoratis, quæ ipsis autenticis adhibetur, & ipsa transcripta ex nunc autentica censeantur; tenor verò prædictorum privilegiorum, & literarum est talis:

Johannes Dei gratia Rex Angliæ, Dominus Hyberniæ, Dux Normanniæ, & Aquitanniæ, Comes Andegavensis, omnibus Christifidelibus præsentem cartam inspecturis salutem in Domino. Universitati vestræ per hanc cartam aurea Bulla nostra munitam volumus esse notum, quia cum Deum, & Matrem nostram Sanctam Ecclesiam offenderimus in multis, & proinde Divina misericordia plurimùm indigere noscamur, ne quid, quod dignè offerre possimus pro satisfactione Deo, & Ecclesiæ debita facienda, nisi Nos ipsos habeamus, & Regna nostra, volentes nos ipsos humiliare pro illo, qui se pro nobis humiliavit usque ad mortem, gratia Sancti Spiritus inspirante, non vi inducti, nec timore coacti, sed nostra bona spontaneaque voluntate, ac communi consilio Baronum nostrorum offerimus, & liberè concedimus Deo, & Sanctis Apostolis ejus Petro & Paulo, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Matri nostræ, ac Domino Nostro

ſtro Papæ Innocentio Tertio, ejuſque Catholicis ſucceſſoribus totum Regnum Angliæ, & totum Regnum Hiberniæ, cum omni jure, & pertinentiis ſuis pro remiſſione peccatorum noſtrorum, & totius generis noſtri tam pro vivis, quàm defunctis, & amnodo illa à Deo, & ab Eccleſia Romana tanquam Feudarius recipientes, & tenentes in præſentia Venerabilis Patris noſtri D. Nicolai Tuſculanenſis Epiſcopi, Apoſtolicæ Sedis Legati, & Pandulphi D. Papæ Subdiaconi, & familiaris fidelitatem exinde prædicto Domino Noſtro Papæ Innocentio, ejuſque Catholicis Succeſſoribus, ac Eccleſiæ Romanæ ſecundùm ſubſcriptam formam fecimus, & juravimus, & homagium etiam ligium pro prædictis Regnis Deo, & SS. Apoſtolis Petro & Paulo, & Eccleſiæ Romanæ, & eidem Domino Noſtro Papæ Innocentio per manus prædicti Legati loco, & vice ipſius Domini Papæ recipientis, publicè fecimus ſucceſſores, & hæredes noſtros de uxore noſtra in perpetuum obligantes, ut ſimili modo Summo Pontifici, qui pro tempore fuerit, & Eccleſiæ Romanæ ſine contradictione debeant fidelitatem præſtare, & homagium recognoſcere: Ad judicium autem hujus noſtræ perpetuæ obligationis, & conceſſionis, volumus, & ſtabilimus, ut de propriis, & ſpecialibus redditibus prædictorum Regnorum noſtrorum pro omni ſervitio, & conſuetudine, quod pro ipſis facere deberemus, ſalvo per omnia denario Beati Petri, Eccleſia Romana mille marchas ſterlingorum percipiat annuatim, ſcilicet in feſto S. Michaelis quingentas marchas, & in Paſqua quingentas marchas, ſeptingentas ſcilicet pro Regno Angliæ, & trecentas pro Regno Hyberniæ, ſalvis nobis, & Hæredibus noſtris juſticiis libertatibus, & regalibus noſtris: Quæ omnia, ſicut ſupra dicta ſunt, rata eſſe volentes perpetuò, atque firma, obligamus nos, & ſucceſſores noſtros contra non venire, & ſi nos, vel aliquis ſucceſſorum

ſorum noſtrorum hoc attemptare præſumpſerit, quicumque fuerit ille, niſi ritè commonitus reſipuerit, cadat à jure Regni, & hæc charta obligationis, & conceſſionis noſtræ ſemper firma permaneat.

Ego Johannes Dei gratia Rex Angliæ, & Dominus Hiberniæ ab hac hora in antea fidelis ero Deo, & Beato Petro, & Eccleſiæ Romanæ, ac Domino meo Papæ Innocentio Tertio, ejuſque ſucceſſoribus Catholicè intrantibus: Non ero in facto, dicto, conſenſu, vel conſilio, ut vitam perdant, vel membra, vel mala captione capiantur: eorum damnum, ſi ſcivero, impediam, & remanere faciam, ſi potero: Alioquin eis quamcitiùs potero intimabo, vel tali perſonæ dicam, quam eis credam pro certo dicturam: Conſilium, quod mihi crediderint per ſe, vel per Nuncios, ſeu literas ſuas, ſecretum tenebo, & ad eorum damnum nulli pandam, me ſciente: patrimonium Beati Petri, & ſpecialiter Regnum Angliæ, & Regnum Hyberniæ adjutor ero ad tenendum, & defendendum contra omnes homines pro poſſe meo, ſic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia. De quibus ne poſſit in poſterum aliquando dubitari, ad majorem ſecuritatem prædictæ oblationis, & conceſſionis noſtræ, præſentem chartam fieri fecimus, & aurea Bulla noſtra ſignari, ac pro cenſu hujus præſentis, & primi anni mille marchas ſterlingorum per manum prædicti Legati Eccleſiæ Romanæ perſolvimus, teſtibus D. G.Cantuarien. Archiepiſcopo, DD. W. Lond. P. Winton. E. Elien. H. Linconien. Epiſcopis, W. de Gray Cancellario noſtro, W. Comite Sarēsbir Fratre noſtro, R. Comite Ceſter, W. Mareſcallo Comite Pembroch, Roberto de Ros, W. Comite de Fevr., S. Comite Vintōn., Willō Briwerr. Petro Filio Hereb., Matthæo filio Hæreb., & Briano de Inſula Dapifero noſtro. Data per manum Magiſtri Rīc. de Mariſco Archidiaconi, Richemunde, & Porhumberl

apud

apud S. Paulum Lond. ñ. 3. die Octobris Anno ab Incarnatione Dominica MCCXIII. Regni verò nostri Anno quintodecimo.

Cum corde credam, & ore confitear, quod Romanus Pontifex, qui est Beati Petri successor, Vicarius sit illius, per quem Reges regnant, & Principes principantur, qui dominantur in Regno hominum, & cui voluerit, dabit illud: Ego Petrus Dei gratia Rex Aragonum, Comes Barchinonæ, & Dominus Montis Pesulani cupiens principali post Deum Beati Petri, & Apostolicæ Sedis protectione muniri, tibi Reverendissime Pater, & Domine Summe Pontifex Innocenti, & per Te Sanctæ Romanæ Apostolicæ Sedi offero Regnum meum, illudque Tibi, & Successoribus tuis in perpetuum Divini amoris intuitu, & pro remedio animæ meæ, & Progenitorum meorum constituo censuale, ut annuatim de Camera Regis ducentæ quinquaginta massæ mutinæ Apostolicæ Sedi reddantur; & Ego, ac Successores mei specialiter ei fideles, & obnoxii teneamur: hoc autem lege perpetua servandum fore decerno, quia spero firmiter, & confido, quod Tu, & Successores Tui, Me ac successores meos, & Regnum prædictum auctoritate Apostolica defendetis; præsertim cum ex multo devotionis affectu Me ad Sedem Apostolicam accedentem, tuis quasi Beati Petri manibus in Regem duxeris solemniter coronandum: Ut autem hæc Regalis concessio inviolabilem obtineat firmitatem, de consilio Procerum Curiæ meæ præsente Venerabili Patre meo Arelatensi Archiepiscopo, & Santio Patruo meo, & Hug. de Baucio, & Arenaldo de Focian. Baronibus meis sigilli mei feci munimine roborari.

Actum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Dominicæ Incarnationis MCCIV. quarto Idus Novembris Anno Regni mei octavo.

Piis-

Piissimo Patri, & Domino suo I. Dei gratia Summo Pontifici P. eadem gratia Massæ Marchio, & Judex Kalar., & B. ejusdem Massæ Marchisia, & Judicissa Kalarit. uxor ejus perpetuæ subjectionis tam debitum, quàm devotum per omnia famulatum. Vestræ piæ Sanctitatis pedibus provoluti super benedictionibus dulcedinis, quibus Nos vestros filios, famulosque devotos paterno adimplestis intuitu, quas possumus, & debemus, Apostolicæ benignitati referimus gratanter gratiarum multiplices, & uberes actiones. Suscepimus enim misericordiam Dei nostri à Nobis humiliter petitam, & à Vobis misericorditer transmissam in medio Templi sui, in quo & juxta mandatum vestrum Venerabili Patri nostro Archiepiscopo Kalaritan. pro Vobis, & Ecclesia Romana fidelitatis juramenta secundùm formam Capitularis vestri in ejusdem Archiepiscopi literis interclusi, exhibuimus statim, & gratanter præstitimus. Forma verò juramentorum nostrorum, quæ pro Vobis, & Ecclesia Romana memorato Archiepiscopo Kalaritano fecimus, hæc est: Nos Parason Marchio Massæ Judex Karalitanus, & Benedicta Marchisia Massæ Judicissa Karalitan. filia quondam claræ memoriæ W. Marchionis Massæ Judicis Karalitan. ab hac hora in antea fideles, & obedientes erimus B. Petro, Sanctæque Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ, & Domino nostro Papa Innocentio, suisque Successoribus Catholicis: non erimus in consilio, aut consensu, vel facto, ut vitam perdant, aut membrum, aut capiantur mala captione: Consilium verò, quod nobis credituri sunt per se, aut per Nuntios suos, sivè per literas, nemini pandemus, nobis scientibus, ad damnum eorum, ipsorum certum malum, si sciverimus, pro posse nostro impediemus; quod si fortè per nos non poterimus impedire, significabimus eis per nostras literas, aut Nuntios, vel tali personæ, quam credamus eis pro certò dicturam:

Papatum Romanum, & Regalia Beati Petri, & ſpecialiter Sardiniam adjutores eis erimus ad retinendum, & defendendum contra omnem hominem: cenſum, in quo pro judicatu Kalaritan. & alia terra, quam habemus in Sardinia, Eccleſiæ Romanæ tenemur, ſtatutis terminis ſine difficultate qualibet perſolvemus: ſic nos Deus adjuvet, & hæc Sancta Evangelia. Acta ſunt autem hæc Anno Domini MCCXV. xiv. Kalendas Decembris in Villa Sanctegilliæ in Palatio memorati Archiepiſcopi Kalaritan. præſentibus teſtibus Venerabilibus Johanne Archipresbytero Sanctæ Mariæ de Cluſo, & Diacono Dominico Canonico Sanctæ Cœciliæ, & Sacerdote Mariano Saltizzo Camerario Archiepiſcopatus Kalaritan. & Sacerdote Mariano Scartello, Laicis Bindino, & Ildebrandino Vicecomitibus Piſanis, & Obithino Marchione Corſo, & Piſano Legiſta, Lerro, & Maurino Henrico Piente, & Conſtantino de Sigillo, Petro Mancha, & Mariano Mancha. Cæterum cum ſimus parati animo, & corpore cunctis diebus noſtræ vitæ in devotione, & obedientia veſtra, & Eccleſiæ Romanæ fideliter manere, firmiterque perſiſtere, taliter petimus Apoſtolica providentia erga nos, & noſtra, quæ Apoſtolicæ protectioni committimus, ſe in cunctis noſtris agendis exhibeat, & oſtendat, quemadmodum confidimus, & ſperamus in vobis: Præterea ob honorem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, veſtræque Paternitatis reverentiam, cui omnem, quam poſſumus, plenariam devotionem exhibemus, ex conſilio Venerabilium Patrum noſtrorum Kalaritan. Archiepiſcopi, & Epiſcopi Sultien. ſub eorumdem teſtimonio hanc, quam vobis dirigimus, paginam, qua utimur, Regni noſtri Bulla munimus impoſterum, & perpetuò confirmamus.

In Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Ego Philippus Romanorum Rex ſemper Auguſtus. Antequam

quam Martinus Prior Camald. & Frater Otto Monachus de Salem venirent ad me tractaturi de pace Ecclesiæ, & Imperii, voveram Deo, & Sanctis ejus, me iturum ultra mare ad liberandam terram promissionis à gentium feritate, & iterum post eorum adventum audito verbo eorum sub tractatu pacis de concessione Domini Apostolici in manu prædicti Prioris vice Domini Apostolici vovi, & promisi Deo, & Sanctis ejus, & eidem Priori loco sæpedicti Domini Apostolici me opportuno tempore Ecclesiæ, & Imperio, & liberationi Terræ prædictæ bona fide absque omni fraude illuc iturum, & opitulante Deo terram illam pro posse meo liberaturum, hujus voti testes sunt Dittalhmus Const. Episcopus, Ebchardus Abbas de Salem, Petrus Abbas de Burgo Sancti Sepulchri, Frater Otto de Salem, Henricus Dapifer de Walteg., Henricus de Esmalenekke, Henricus Maresaltus de Papinherm, Helfricus Notarius; insuper promisi me facturum omnia hìc subscripta: omnia bona tam Romanæ Ecclesiæ, quàm aliarum Ecclesiarum, quæ Antecessores mei Reges, vel Imperatores injustè abstulerunt, vel detinuerunt, vel ego abstuli, vel injustè detineo, restituam, & ab eis quietè, ac pacificè semper possideri ab eis permittam; omnes abusus, quos Antecessores nostri in Ecclesiis habuerunt, ut puta, mortuis Prælatis bona ipsorum, vel Ecclesiarum eorum accipiebant, perpetuò relinquam: Electiones Episcoporum, & aliorum Prælatorum canonicè fieri permittemus, omnia spiritualia Summo Pontifici relinquentes: Monasteria irregulariter viventia, in quantum Majestati Imperiali congruit, cum adjutorio Domini Apostolici Regularibus Conventibus, scilicèt Cistercien., Camald., Præmonstraten. subjiciemus, & operam dabo, ut tam Monasticus, quàm Clericalis ordo, ea, qua decet, Religione vivat, & honestate: Advocatos, sivè Patronos Ecclesiarum ab exactioni-

bus, angariis, perangariis, in quantum potero, cessare compellam: Si Omnipotens Dominus Regnum Græcorum mihi, vel Leviro meo subdiderit, Ecclesiam Constantinopolitanam Romanæ Ecclesiæ bona fide, & sine fraude faciam fore subjectam: Romanæ Ecclesiæ in omnibus, & per omnia fidelis, & devotus, atque filius & defensor semper ero: generalem legem statuam, & observari faciam semper, & ubique per totum Imperium, ut quicumque excommunicatus fuerit à Domino Apostolico, in banno statim sit Imperiali: Insuper pro pace, & amicitia inter me, & Dominum Apostolicum semper servanda, & omni mala suspectione auferenda, ut ipse semper mihi sit benignissimus Pater, & ego ei fidelissimus & optimus filius, Filiam meam Nepoti ejus in conjugium dabo, & alias, vel alios de cognatione mea secundùm voluntatem suam generi suo copulari faciam. De omnibus excessibus meis ad mandatum, & voluntatem Domini Apostolici Deo, & Ecclesiæ plenè satisfaciam: Hæc etiam omnia in præsentia Domini Episcopi Constant., & Domini Martini Prioris Camald., & Domini Etbitaharos Abbatis de Salem, & D. Petri Abbatis de Burgo Sancti Sepulchri, & Fratris Oddonis de Salem præsentium latoris Henrici Dapiferi de Walpure, Haurici de Spalvenggp., Henr. Marescali de Bappīham, Helferici Notarii, & me facturum, & observaturum bona fide, & sine omni fraude juravi.

Reverendo in Christo Patri, & Domino Innocentio Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Summo Pontifici, Philippus Dei gratia Romanorum Rex, & semper Augustus salutem, & filialis obedientiæ sincerum affectum. Omnium bonorum Largitori, & vestræ Sanctissimæ Paternitati gratias referimus quamplures, quod placuit vestræ pietati Venerab. Priori Camald. concedere, ut ipse ad nostram accederet præsentiam super tractatu concordiæ, & ami-

& amicitiæ inter Vos, & Nos; & pro reformanda pace inter Ecclesiam, & Imperium secundùm propositiones, & conditiones à Viro Religioso, & honesto Fratre Oddone de Salem Sanctitati Vestræ intimatas indubitanter; namque sciat vestra prudentia nostrum esse, Domino inspirante, firmissimum propositum, Vobis obedientes, & devotos semper existere, & Romanam Ecclesiam totis viribus nostris tueri, & exaltare, hoc etiam liquere volentes, quod per Nos non stabit, quin de tranquillitate totius Ecclesiæ unà cum vestro auxilio affectuosissimè cogitare, & disponere intendamus. Universas itaque conditiones in chartula intra istam inclusas bona fide, & absque omni fraude semper inconcussè, ac inviolabilitèr observabimus, & executioni plenissimè mandabimus. Cæterum pleno rogamus affectu, ut eis, quæ Latores præsentium antedicti Prior, & Fr. O. Vobis ex parte nostra dixerint, indubitatam adhibere curetis fiduciam, quæcumque enim ipsi cum Vestra Sanctitate de præsenti negotio tractaverint, Nos in totum ratum sumus habituri, & inviolabiliter observaturi.

Nos autem Nicolaus Patriarcha Constantinopolitanus, Albertus Patriarcha Antiochenus, Bertoldus Patriarcha Aquilegiensis, & Philippus Bituricensis, Bonifacius Cantuariensis, Albertus Armacanus, Joellus Remensis, Americus Lugdunensis, Gerardus Burdegalensis, Gilo Senonensis, Oddo Rothomagensis, Gaufridus Turonensis, Guillelmus Bisuntin., Johannes Arelaten., Johannes Compostell., Petrus Terraconen., Johannes Bracharen., Leo Mediolanen., Vitalis Pisanus, Marinus Baren., & Hispanus Auxitanus Archiepiscopi, nec non Robertus Leodien., Nicolaus Pragen., Johannes Pictaven., Robertus Belvacen., Henricus Carnoten., Hugo Lingonen., Wercius Lucanus, Albertus Mutinensis, Arias Ulixbonen., Petrus Barchinon., Gualterus.....

Ro-

Robertus Lincolnien., David Sancti Andreæ, & Ulricus Tirieft. Epifcopi, Guillermus etiam Cluniacen., Bonifacius Ciftercien., & Stephanus Claravallen., Abbates, Fr. Johannes infuper Magifter Ordinis Fratrum Prædicatorum, & Fr. Bonaventura Vicarius Miniftri Generalis Ordinis Fratrum Minorum privilegia, & literas prælibata, eorumque figilla cum characteribus fuis infpeximus diligenter, factaque coram Nobis collatione de ipfis ad tranfcripta fuperius annotata finguli figilla noftra eifdem fecimus tranfcriptis apponi. Nulli ergo omninò hominum liceat hujus decreti paginam infringere, vel ei aufu temerario contraire; fi quis autem hoc attentare præfumpferit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoftolorum ejus fe noverit incurfurum.

Datum Lugduni III. Idus Julii Pontificatus noftri Anno Tertio.

Pendet his literis diverforum Prælatorum figilla quadraginta cerea filis canapis aliquibus fractis, in quorum medio pendet Bulla plumbea Innocentii Papæ IV.

Altra

Altra Bolla simile d'Innocenzo IV. fatta nel Concilio Generale di Lione, in cui si contiene il privilegio di Ottone IV. concesso alla Romana Chiesa, e spedito in Spira nel mese di Marzo dell'Anno 1209., con altro diploma del giuramento di fedeltà prestato dal medesimo ad Innocenzo III. Segue poi una lettera di Bela Rè di Ungheria diretta a Gregorio IX.

INNOCENTIUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei

Universis Christi fidelibus, ad quos Literæ istæ pervenerint

Salutem, & Apostolicam benedictionem.

NE occasione casuum futurorum, quibus corporalia subjacent universa, privilegia, & literæ, quæ temporibus retroactis ab Imperatoribus, & Regibus, aliisque Principibus Nobilibus, ac fidelibus Christianis Sedi Apostolicæ sunt concessa, vel missa, quorum aliqua Bullis aureis, alia verò sigillis plumbeis, aut cereis roborata esse noscuntur, valeant deperire. Nos his omnibus, & eorumdem characteribus sigillorum diligenter inspectis, quædam ex ipsis non corrupta, non cancellata, nec etiam viciata præsenti pagina facientes de verbo ad verbum,

Somm. num. 12. *Ex Arch. Castr. S. Ang.*

bum, nihil addito, mutato, vel dempto, transcribi, & transcripta hujusmodi Prælatorum Ecclesiasticorum, quorum nomina inferius continentur, sigillorum munimine roborari, auctoritate Apostolica Sacro Concilio decernimus approbante, ut illa eadem fides transcriptis adhibeatur de cætero memoratis, quæ ipsis autenticis adhibetur, & ipsa transcripta ex nunc autentica censeantur; tenor verò prædictorum privilegiorum, & literarum est talis:

In Nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis.

Otto Quartus Divina favente Clementia Romanorum Rex, & semper Augustus. Recognoscentes ab eo nostræ promotionis donum misericordità processisse, à quo est omne datum optimum, & omne donum perfectum, ipsum, ejusque Vicarium, & Sponsam ejus Sanctam Ecclesiam disposuimus magnificè, & decrevimus honorare, ut qui Nobis in præsenti temporale contulit Regnum, in futuro quoque tribuat sempiternum. Proinde Vobis, Reverendissime Pater, & Domine Summe Pontifex Innocenti, quos pro multis beneficiis Nobis impensis sincerissimo veneramur affectu, vestrisque Catholicis successoribus, & Ecclesiæ Romanæ omnem obedientiam, honorificentiam, & reverentiam semper humili corde, ac devoto spiritu impendemus, quam Prædecessores nostri Reges, & Imperatores Catholici vestris Antecessoribus impendisse noscuntur, nihil ex his volentes diminui, sed magis augeri, ut nostra devotio clarius enitescat. Illum igitur abolere volentes abusum, quem interdum quidam Prædecessorum nostrorum exercuisse dicuntur in electionibus Prælatorum, concedimus, & sancimus, ut electiones Prælatorum liberè, ac canonicè fiant, quatenùs ille præficiatur Ecclesiæ viduatæ, quem totum Capitulum, vel major, & sanior pars ipsius duxerit eligendum, dummodò nihil ei obstet de Canonicis in-

inſtitutis: Appellationes autem in negociis, & cauſis Eccleſiaſticis ad Apoſtolicam Sedem liberè fiant, earumque proſequutionem, ſivè proceſſum nullus impedire præſumat: Illum quoque dimittimus, & refutamus abuſum, quem in occupandis bonis decedentium Prælatorum, aut etiam Eccleſiarum vacantium noſtri conſueverunt Anteceſſores committere pro motu propriæ voluntatis: Omnia verò ſpiritualia vobis, & aliis Eccleſiarum Prælatis relinquimus liberè diſponenda, ut quæ ſunt Cœſaris Cœſari, & quæ ſunt Dei Deo recta diſtributione reddantur. Super eradicando autem hæreticæ pravitatis errore auxilium dabimus, & operam efficacem: Poſſeſſiones etiam, quas Eccleſia Romana recuperavit ab Anteceſſoribus noſtris, ſeu quibuslibet aliis ante detentas, liberas, & quietas ſibi dimittimus, & ad ipſam ad eas retinendas bona fide promittimus adjuvare; Quas verò nondum recuperavit, ad recuperandum pro viribus erimus adjutores, & quæcumque ad manus noſtras devenient, ſine difficultate ei reſtituere ſatagemus: Ad has pertinet tota terra, quæ eſt à Radicofano uſque ad Ceperanum, Marchia Anconitana, Ducatus Spoletanus, TERRA COMITISSÆ MATILDIS, Comitatus Britinorii, Exarchatus Ravennæ, Pentapolis cum aliis adjacentibus Terris expreſſis in multis privilegiis Imperatorûm, & Regum tempore Ludovici, ut eos habeat Romana Eccleſia in perpetuum CUM OMNI JURISDICTIONE, DISTRICTU, ET HONORE SUO: Verumtamen CUM AD RECIPIENDUM CORONAM IMPERII, VEL PRO NECESSITATIBUS ECCLESIÆ A SEDE APOSTOLICA VOCATI VENERIMUS, DE MANDATO SUMMI PONTIFICIS RECIPIEMUS PROCURATIONES, SIVE FODRUM AB ILLIS; adjutores etiam erimus ad remittendum, & defendendum Eccleſiæ Romanæ Regnum Siciliæ, ac cætera jura, quæ ad eam pertinere noſcuntur tanquam devotus filius, & Catholicus Princeps:

Ut autem hæc omnia memorato Sanctissimo Patri nostro Domino Innocentio Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Summo Pontifici, ejusque Successoribus per Nos, & nostros Successores Romanorum Imperatores, & Reges observentur, firmaque & inconvulsa semper permaneant; præsens exinde privilegium conscriptum Majestatis nostræ aurea Bulla jussimus communiri.

Signum Domini Ottonis Quarti Regis Romanorum invictissimi.

Ego Conradus Spiren. Episcopus vice Domini Siffridi Maguntini Archiepiscopi, & totius Germaniæ Archicancellarii Regalis Aulæ Cancellarius recognovi. Acta sunt hæc Anno Dominicæ Incarnationis MCCVIIII. Indictione XII. Regnante Domino Ottone Quarto Romanorum Rege glorioso Anno Regni ejus XI.

Datum apud Spiram XI. Kal. Aprilis.

Ego Otto Dei gratia Romanorum Rex, & semper Augustus Tibi Domino meo Innocentio Papæ, tuisque Successoribus, & Ecclesiæ Romanæ spondeo, polliceor, promitto, & juro, quod omnes possessiones, honores, & jura Romanæ Ecclesiæ pro posse meo bona fide protegam, & servabo; possessiones autem, quas Ecclesia Romana recuperavit, liberas, & quietas sibi dimittam, & ipsam ad eas retinendas bona fide juvabo: Quas autem nondum recuperavit, adjutor ero ad recuperandum, & recuperatarum secundùm posse meum ero sine fraude defensor, & quæcumque ad manus meas devenient, sine difficultate restituere procurabo: Ad has pertinet tota Terra, quæ est à Radicofano usque ad Ceperanum, Exarchatus Ravennæ, Pentapolis, Marchia, Ducatus Spoletanus, TERRA COMITISSÆ MATILDIS, Comitatus Britinorii cum aliis adjacentibus Terris expressis in multis privilegiis Imperatorum à tempore Ludovici; has omnes pro posse meo restituam, & quietè dimittam CUM

OMNI

OMNI JURISDICTIONE, DISTRICTU, ET HONORE SUO: Verumtamen CUM AD RECIPIENDUM CORONAM IMPERII, VEL PRO NECESSITATIBUS ECCLESIÆ AB APOSTOLICA SEDE VOCATUS ACCESSERO, DE MANDATO SUMMI PONTIFICIS RECIPIAM PROCURATIONES AB ILLIS: adjutor etiam ero ad retinendum, & defendendum Ecclesiæ Romanæ Regnum Siciliæ: Tibi etiam Domino meo Innocentio Papæ, & Successoribus tuis omnem obedientiam, & honorificentiam exhibebo, quam devoti, & Catholici Imperatores consueverint Sedi Apostolicæ exhibere: Stabo etiam ad consilium, & arbitrium tuum de bonis consuetudinibus Populo Romano servandis, & exhibendis: Et de negotio Societatis Thusciæ, & Lombardiæ similiter etiam consilio tuo, & mandato parebo, de pace & concordia facienda inter me, & Philippum Regem Francorum: Et si propter negocium meum Romanam Ecclesiam oportuerit incurrere guerram, subveniam ei, sicut necessitas postulaverit in expensis: Omnia verò prædicta tam juramento, quàm scripto firmabo, quum Imperii fuero coronam adeptus.

Ego Otto Dei gratia Romanorum Rex, & semper Augustus. Tibi etiam Domino meo Innocentio Papæ, & Successoribus tuis, & Ecclesiæ Romanæ spondeo, polliceor, promitto, & juro, quod omnes possessiones, honores, & jura Romanæ Ecclesiæ pro posse meo bona fide protegam, & defendam: Possessiones autem, quas Ecclesia Romana recuperavit, quietas sibi dimittam, & ipsam ad eas retinendas bona fide juvabo; quas autem nondum recuperavit, adjutor ero ad recuperandum, & recuperatarum secundùm posse meum ero sine fraude defensor, & quæcumque ad manus meas devenient, sine difficultate restituere procurabo: Ad has pertinet tota Terra, quæ est à Radicofano usque ad Ceperanum, Exarchatus Ravennæ, Pentapolis, Marchia, Ducatus Spo-

letanus, TERRA COMITISSÆ MATILDIS, Comitatus Britenorii cum aliis adjacentibus Terris expreſſis in multis privilegiis Imperatorum à tempore Ludovici, has omnes pro poſſe meo plenè reſtituam, & quietè dimittam CUM OMNI JURISDICTIONE, DISTRICTU, ET HONORE SUO. Verumtamen CUM AD RECIPIENDAM CORONAM IMPERII, VEL PRO NECESSITATIBUS ECCLESIÆ A SEDE APOSTOLICA VOCATUS ACCESSERO, DE MANDATO SUMMI PONTIFICIS RECIPIAM PROCURATIONES AB ILLIS. Adjutor etiam ero ad retinendum, & defendendum Eccleſiæ Romanæ Regnum Siciliæ: Tibi etiam Domino meo Innocentio Papæ, & Succeſſoribus tuis omnem obedientiam, & honorificentiam exhibebo, quam devoti, & Catholici Imperatores conſueverunt exhibere Sedi Apoſtolicæ: Stabo etiam ad conſilium, & arbitrium tuum de bonis conſuetudinibus Populo Romano ſervandis: Et de negotio ſocietatis Tuſciæ, ac Lombardiæ. Similiter etiam conſilio tuo, & mandato parebo; Et ſi propter negotium meum oportuerit Eccleſiam Romanam incurrere guerram, ſubveniam ei, ſicut neceſſitas poſtulaverit in expenſis.

Sanctiſſimo in Chriſto Patri G. Dei gratia Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Summo Pontifici, B. eadem gratia Rex Hungarorum, tam debitam, quàm devotam in omnibus reverentiam. Veſtræ Sanctitatis admonitionibus inducti Watatium Imperatorem Græcorum, ut Sedi Apoſtolicæ obediret, multis exhortationibus monere ſtuduimus, & dum ſuper hoc ſpem habentes diligentiùs inſtaremus, Paternitatis Veſtræ literas, & Venerabilem Patrem Peruſinum Epiſcopum Apoſtolicæ Sedis Legatum ſecundò recepimus, qui juxtà ſuæ Legationis modum penès Nos diligenter inſtitit, & prudenter de contingentibus nil omittens, ut terras Aſſæni, utpotè ſciſmatici, auctoritate Sedis Apoſtolicæ in remiſſionem peccatorum occupare dignaremur, cui tamen Nos amicitiarum, &

co-

cognationis fœdera conjunxerunt. Fr. .... inclytæ enim record. Sorore noſtra, filium habet, & hæredem, & noſtris juſſionibus ſic in omnibus eſt ſubjectus, ut non tam amicus, quàm ſubditus videatur, ex cujus impugnatione omnium amicorum, & cognatorum, quos hactenùs habemus, in partibus Romaniæ, offenſam incurremus. Watatius enim noſtram neptem ſuo filio duxit in uxorem, & noſtræ Kariſſimæ Conſortis Reginæ Hungarorum frater exiſtit, tanta Nobis devotione conjunctus, ut & ſe, & ſua ad noſtrum beneplacitum exhibere ſit paratus, qui ſe in perſona Aſſæni reputabat impugnari, pro quo tamen ſi ad noſtram inſtantiam ad Sanctæ Matris Eccleſiæ, quæ non ſolùm ſepties, ſed etiam ſeptuagies ſepties debet ignoſcere delinquenti, converſus fuerit unitatem, Veſtræ Sanctitatis clementiam humiliter depoſcimus, ut cum ſolita benignitate dignemini recipere. Sanè, quia nihil debet amori Divino, & animarum ſaluti præponi ſpe æternæ retributionis, & Apoſtolicæ Sedis devotione, & ſincera dilectione, quam erga Nos vos habere confidimus, provocati aſſumimus ex animo per Nos, aut per noſtros, prout expedire videbimus, Bulgariam, & alias Terras Aſſæni occupare, & Sedi Apoſtolicæ in Spiritualibus, & in temporalibus verò noſtræ juriſdictioni, Deo cooperante, ſubjugare, niſi, quod abſit, legitimo fuimus impedimento præpediti. Cum tamen negotium ſit arduum, nec debitum valeat ſortiri effectum, niſi veſtrum auxilium apponatur, ad ea, quibus ſpecialiter in hoc facto indigemus à Veſtra Sanctitate poſtulanda Venerabilem Patrem Jaurien. Epiſcopum direximus, qui, ſi fortè propter viarum diſcrimina ſuum ad Nos adventum retardaret, ne dilatio difficultatem afferat, præcipuè propter inſtantem Gallicorum adventum, qui per terram noſtram tranſire volunt in partes Romaniæ, de noſtris petitionibus, ſine quibus

opus

opus tam difficile commodè aggredi non possemus, citiùs certiorari cupientes, per præfati legati Nuntium præsentes literas nostrarum petitionum seriem continentes, ad Sedem Apostolicam transmisimus, ut sine moræ dispendio ad Nos cum Vestræ Sanctitatis beneplacito revertatur. Petimus, ut officium legationis non alii, sed Nobis in terra Assæni committatur, ut habeamus potestatem limitandi Diœceses, distinguendi Parochias, & in hac prima institutione potestatem habeamus ibi ponendi Episcopos de consilio Prælatorum, & Virorum Religiosorum, quia hæc omnia beatæ memoriæ Antecessori nostro Sancto Stephano sunt concessa; illa potissimùm ratione, quia si cum Legato Sedis Apostolicæ partes illas ingressi fuimus, ab universis illarum partium Incolis præsumetur, quod non Nobis, sed Romanæ Ecclesiæ eos velimus etiam in temporalibus subjicere, quod ipsi tam plurimùm abhorrent, ut quamplurimos, quos sine pugnæ certamine possemus obtinere, usque ad mortis periculum se defendere niterentur. Nobis enim, & aliis Christianis frequenter improperant, quod Ecclesiæ Romanæ servi simus. Præterea cum circa partes Bulgariæ in terra, quæ Zerren. nominatur, quæ dudum fuerat desolata, populi multitudo supercrevit, qui nondum sunt ad cujusquam Episcopi Diœcesim applicati, ut eos alicui Episcopatui secundùm nostrum beneplacitum assignare valeamus, à Vestra Sanctitate potestatem tribui postulamus. Item, ut intra Hungariæ super terram Assæni procedentes, Crucem Nobis, & nostro exercitui anteferri concedatis, ut per hoc populi devotio augeatur. Petimus etiam, ut omnes Crucesignatos de Hungaria Nobis in auxilium contra Assænum committatis; injungentes Fratribus Prædicatoribus, & Minoribus, ut omnibus prædicent Crucem contra Assænum sub eadem indulgentia, quam habent euntes in subsidium Terræ Sanctæ, & ali-

aliquibus ex Fratribus, quos elegerimus, interſint exercitui Noſtro. Item ex ore Veſtræ Sanctitatis poſtulamus ſententiam excommunicationis ſolemnitèr, & publicè proferri in omnes invaſores Regni Hungariæ, in infideles, & conſpiratores contra Nos, & Regnum Hungariæ, donec fuerimus in proſecutione hujuſmodi negotii, nè propter hoc ſervitium Dei valeat impediri, quam ſententiam publicari faciatis ubique per Epiſcopos, & Fratres Prædicatores, & Minores in Hungaria, & Regnis, ac Terris vicinis Hungariæ. Item petimus, ut nulli Regnum Hungariæ invadendum, vel occupandum concedatur, niſi cui Nos permiſerimus, & Nos, ac univerſa noſtro ſubjecta Regimini in protectionem Sedis Apoſtolicæ aſſumatis. Verùm cum Nos, & Noſtros nec honoris ambitio, nec divitiarum cupiditas, quæ Nobis, Divina gratia largiente, abundanter ſunt conceſſa, ſed ſalus animarum, ac Apoſtolicæ Sedis devotio ad hæc exequenda pro viribus inducant, excommunicationum ſententias, quas non ſolùm inferiores, verùm etiam majores, ac Prælati, ac penè tota Hungaria ex Conſtitutionibus, & Canonibus latæ ſententiæ Venerabilis Patris Peneſtrinen. Epiſcopi, tunc Apoſtolicæ Sedis Legati incurrerunt, & diebus ſingulis inevitabiliter incurrunt, ſuppliciter depoſcimus relaxari. Pernitioſum enim exiſteret, ſe mortis periculo in Dei ſervitio exponentes, in excommunicatione, in quam ex levi cauſa inciderunt, detineri, quia licet eumdem . . . . . . pro certo credamus, cum tamen ſtatus Hungarico ei eſſet incognitus, ſic ſuas Conſtitutiones vallavit excommunicationum ſententiis, ut penè omnes in excommunicationem ſe noverint incidiſſe. Undè non ſolùm Nos, immò tota Hungaria Paternitatem Veſtram devotiſſimè deprecatur, ut omnes Conſtitutiones ipſius, quoad pœnam excommunicationis dignemini revocare, & Nos à multiplicibus Sacramentis,

quæ

quæ à Nobis pro causis levibus accepit, quas etiam præ multitudine ad memoriam revocare non valemus, absolvatis, ut Nos, & Regnum nostrum jure communi, & Sanctorum Patrum institutionibus regamus, onera gravia, & importabilia, quæ nemo potest adimplere, non habentes.

Datum in Zolun. septimo Idus Junii Anno Gratiæ 1238. Regni autem nostri Anno III.

Venerabili in Christo Patri G. Dei gratia Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Summo Pontifici, B. eadem gratia Rex Hungariæ reverentiam filialem, & paratam ad obsequia voluntatem. Affectuosis precibus, & devotis Vestram deprecamur Sanctitatem, quatenùs intuitu B. Adalberti suæ, & nostræ Strigonien. Ecclesiæ consulendo, & compatiendo postulationem Strigonien. Capituli pro Venerabili Patre M. Watien. Episcopo vobis ex communi, & concordi consensu Capituli porrectam sine suspitione alicujus scrupuli benignè admittatis, ita quod Procuratores dicti Capituli tam in postulatione postulati, quàm in petitione Pallii, & in aliis justis, & honestis petitionibus suis sentiant preces nostras sibi apud Vestram Sanctitatem profuisse. Novit Dominus, quod ad hæc petenda, ista sola præcipuè Nos inducunt, quod dictum Episcopum fidelissimum invenimus, & in omni negotio valdè circumspectum, & discretum; & præterea cum multis annis Cancellarius noster fuerit, scimus, quod ipse sit vitæ mundæ, & honestæ, & per ipsum, & de ipso poteritis Ecclesiæ Strigonien., quæ præ cæteris Ecclesiis Regni nostri discreto, & honesto indiget Prælato, honestè, ac utilitèr providere.

Datum Anno Gratiæ 1238. 3. Kal. Decembris Regni nostri Anno V.

Sanctissimo in Christo Patri G. Dei gratia Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Summo Pontifici, B. eadem gratia

Rex

Rex Hungariæ tam debitam, quàm devotam in omnibus reverentiam. Ex eo, quod fides Catholica in partibus Hungariæ inſpiratione Divina pullulavit, Progenitores Noſtri cum univerſis ſuæ juriſdictioni ſubjectis, & Nos poſtquam Regni gubernacula ſuſcepimus, quàm ſincera devotione Romanam Eccleſiam, utpotè Matrem, & Magiſtram in omni reverentia habuimus, Veſtræ Sanctitati luce clarius innoteſcit. Unde miſeros, & miſerabiles eventus, qui Nobis, & Regno Hungariæ per exercitum Tartarorum beſtiali crudelitate ſævientem pervenerunt, Paternitati Veſtræ fiducialitèr intimamus. Nuper enim circa feſtum Dominicæ Reſurrectionis in Hungariam manu valida, & multitudine copioſa intraverunt, & non habito delectu ætatis, vel ſexus, univerſos, quos reperire poterant, in ore gladii peremerunt. Eccleſias, & loca Divino nomini dedicata incendio, ſtrage hominum, & aliis ſuis fœditatibus prophanarunt; omnes & maximè Chriſtianos ſuo dominio ſubjugare gloriantes. Exurgat igitur, rogamus, & obſecramus, Veſtræ Sanctitatis proviſio in adjutorium populi Chriſtiani, & Nobis, ac Regno Hungariæ conſilium, & auxilium tribuat ſalutare, & Orbis excidium veſtra diligentia dignemini prævenire, ne, interveniente paululum mora, lupo agnum fruſtatim comedente, inveniri nequeat, cui valeat ſubveniri. Ad hæc autem, & alia Paternitati Veſtræ plenius proponenda Venerabilem Patrem dilectum, ac fidelem noſtrum S. Watien. Epiſcopum latorem præſentium tranſmittimus, petentes, ut hiis, quæ ex parte noſtra Vobis propoſuerit, fidem indubiam dignemini adhibere.

Datum Zagabriæ xv. Kal. Junii.

Nos autem Nicolaus Patriarcha Conſtantinopolitanus, Albertus Patriarcha Antiochenus, Bertoldus Patriarcha Aquilegienſis, & Philippus Bituricenſis, Bonifacius Cantuarienſis, Albertus Armacanus, Joellus Re-

mensis, Americus Lugdunensis, Gerardus Burdegalensis, Gilo Senonensis, Oddo Rothomagensis, Gaufridus Turonensis, Willelmus Bisuntin., Johannes Arelaten., Johannes Compostell.; Petrus Terraconen., Johannes Bracharen., Leo Mediolanen., Vitalis Pisanus, Marinus Baren., & Hispanus Auxitanus Archiepiscopi, nec non Robertus Leodien., Nicolaus Pragen., Johannes Pictaven., Robertus Belvacen., Henricus Carnoten., Hugo Lingonen., Wercius Lucanus, Albertus Mutinensis, Arias Ulixbonen., Petrus Barchinon., Walterius Vigornien., Robertus Lincolnien., David S. Andreæ, Ulricus Tiriestinus Episcopi, Willelmus etiam Cluniacen., Bonifacius Cistercien., & Stephanus Claravallen. Abbates, Fr. Johannes insuper Magister Ordinis Fratrum Prædicatorum, & Fr. Bonaventura Vicarius Ministri Generalis Ordinis Fratrum Minorum privilegia, & literas prælibata, eorumque sigilla cum characteribus suis inspeximus diligenter, factaque coram Nobis collatione de ipsis ad transcripta superius annotata singuli sigilla nostra eisdem fecimus transcriptis apponi. Nulli ergo omninò hominum liceat hujus decreti paginam infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Lugduni III. Idus Julii Pontificatus nostri Anno Tertio.

Di-

Diploma di Federigo II., col quale conferma un suo pubblico Editto munito con Bolla d'oro, e pubblicato nel mese antecedente di Novembre, in cui fà menzione di aver fatto comando speciale, e generale contro qualunque detentore, che sotto pena di mille marche di argento si restituisse la Contea, Terra, e Podere della Contessa Matilde alla Romana Chiesa, alla quale con pieno diritto apparteneva; e però pronuncia sentenza penale, e sottopone al bando dell'Imperio i Possessori del Castello Gonzaga, e di altri Luoghi, e Terre, che non avevano a' suoi ordini ubbidito.

F E D E R I C U S

Divina favente clementia Romanorum Imperator semper Augustus, & Rex Siciliæ.

PEr præsens scriptum notum facimus tam præsentibus, quàm futuris, quod nobis existentibus in præterito mense Novembris IX. Indict. in castris apud Sanctum Leonem ad monitionem charissimi in Christo Patris Domini Honorii S. R. E. Summi Pontificis, & nuntiorum ejus fieri fecimus quoddam scriptum Bulla aurea

Somm. num. 13. *Ex Arch. Castri S. Angeli.*

aurea roboratum, quod continebat: Fredericus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus & Rex Siciliæ, per præſens ſcriptum notum facimus univerſis tam præſentibus, quàm futuris, quod cum ad reſignationem Comitatus, Terræ, & Poderis quondam Comitiſſæ Mathildis faciendam S.R. Eccleſiæ Venerabili Matri noſtræ, ad quam pertinet pleno jure, Serenitas noſtra contra quoslibet detentores ſpeciale mandatum dederit, ac etiam generale tam per literas, quàm per dilectum fidelem C. Venerabilem Meten., & Spiren. Epiſcopum Cancellarium noſtrum ſub pœnâ mille marcharum argenti. Et dictus Cancellarius Caſtrum Gonzagæ cum pertinentiis ſuis, quod eſt de Comitatu Comitiſſæ prædictæ invenerit occupatum a Filiis Comitum Alberti de Caſalod, & Neriſii, quibus ſub pœna prædicta injunxerit reſignandum, & eidem ſuper hoc parere contempſerint ad non modicam injuriam Regiæ Majeſtatis; propter quod ſine alia citatione in metum aliorum, præter pœnam prædictam animadvertendum erat in eos; tamen ut Excellentia noſtra potius ad veniam, quàm ad vindictam pronior videretur, laboravimus per ipſorum amicos, & conſanguineos, cum citati non comparuerint coram Nobis, ut ſine metu pœnæ Nobis reſignarent Caſtrum ipſum, & mandatum noſtrum contempſerint in hac parte, de conſilio Venerabilium Principum noſtrorum Patriarchæ Aquilegenſis, Epiſcoporum Tridentin., Briſſinen., Vicentini, Paduani, Feltren., Mantuani, Cremonenſis, Bergomenſis, Laudenſis, Parmenſis, Aſtenſis, & Taurinenſis taliter contra eos duximus procedendum, confirmantes primò quod factum eſt contra eos de banno, & pœna injuncta per Cancellarium memoratum, & ex nunc perſonas ipſorum ponimus ſub perpetuo banno Imperii; & omnia bona eorum jubemus, ubicunque fuerint, confiſcari ſine aliqua ſpe remiſſionis,

ſionis, ſeu revocationis ſi uſque ad diem Dominicum proximò venturum dictum Caſtrum cum omnibus pertinentiis detentis ab eis non reſignaverint in manus Alatrini, & Raynaldi Cappellanorum Domini Papæ, vel eorum alterius, vel in noſtras Sanctæ Romanæ Eccleſiæ reſignandum, quod ſi non fecerint quicunque de bonis ipſorum detineant, vel ex tunc occupaverint, ſive quocumque alio modo acquiſiverint, liberè poſſideant, & auctoritate noſtra detineant; & ſuper hoc præcipimus Cremonen., Parmenſibus, Regin., Mutinenſibus, Bononienſibus, & generaliter omnibus aliis fidelibus noſtris, ut memoratis Nobilibus, & aliis adjutoribus, fautoribus, & detentoribus memorati Caſtri faciant vivam guerram, firmiter inhibentes Mantuanis, Veronenſibus, Ferrarienſibus, Briſſinenſibus, & omnibus aliis fidelibus noſtris ſub optentu fidelitatis, & gratiæ noſtræ, Communitati prædictarum cuilibet ſub pœna mille marcharum, Marchionibus, Baronibus, Comitibus ſub pœna ducentarum marcharum, militibus centum, & aliis inferioribus quinquaginta, quod eis nullum præſtent auxilium, conſilium, adjutorium vel favorem; & tam de Caſtro prædicto quàm de aliis Caſtris, ſcilicet Pepugnan. Bonden., nec non de toto ipſo Comitatu, Podere, ac Terris Comitiſſæ prædictæ dictos Cappellanos nomine Romanæ Eccleſiæ inveſtimus, & eos conſtituimus poſſeſſores, & mandamus de Caſtris prædictis per Venerabilem Epiſcopum Taurinenſem Vicarium noſtrum in corporalem poſſeſſionem induci, præcipientes tam Militibus & habitatoribus Caſtrorum ipſorum, quàm omnibus aliis Vaſſallis de ipſo Comitatu, ſeù Terris, & Podere Comitiſſæ præfatæ, quos omnes ad præſens abſolvimus ab omni juramento, quo nobis tenentur ratione terrarum ipſarum, quod dictis NuntiisDomini Papæ, vel alteri eorum ſeù cuilibet alii ab Eccleſia Roma-

na

na Misso, abjuratis aliis juramentis contrariis istis, præstent fidelitatis nomine Romanæ Ecclesiæ juramentum. Quod si non fecerint, sciant se ex nunc omnibus bonis Comitatus, Poderis, sive Terrarum ab eisdem possessis hac nostra sententia in perpetuum fore privatos, & milites, & habitatores ipsius Castri Gonzagæ desuper ponimus in perpetuo banno nostro.

Præterea injungimus firmiter, & mandamus Potestatibus, Consulibus, seù Rectoribus Civitatum sub pœnâ mille marcharum, ut omnes possessiones Comitatus prædicti detentas ab ipsis sub pœnâ prædicta mille marcharum sine difficultate, ac morâ restituant, & absolvant omnes homines de Comitatu & Terris prædictis ab omni juramento, districtu, & obligationibus, quibus ratione alicujus jurisdictionis, quam hactenùs exercuerunt in eos, tenentur eisdem, & removeant Consules, Rectores, Bajulos, & si quos Officiales posuerint in eis, & extrahant quoscunque posuerunt in banno de terris ipsis sub optentu fidelitatis, & gratiæ nostræ, ipsis nihilominus injungentes, ut dictis Capellanis vel eorum alteri, seù cuilibet alii ad hoc a Sancta Romana Ecclesia destinato ad retinendam possessionem terrarum, quas habent, & ad recuperandum, quam non habent, præstent auxilium, consilium, & favorem. Verùm quia ipsi filii dictorum Comitum nostram contempserunt sententiam, & mandatum, prædictum Castrum infra terminum sibi datum nequaquam, ut superius legitur, resignantes, nostram promulgatam sententiam contra ipsos & omnes alios detentores Comitatus prædicti, poderis seù Terrarum in nostra publica Curia publicari fecimus, & ut firma semper & inconvulsa permaneat, Majestatis nostræ aurea Bulla jussimus communiri. Principes autem Imperii, & Prælati, & Nobiles Italiæ, quibus præsentibus hæc omnia acta, sunt hi:

hi: Patriarcha Aquilegensis, Conradus Metensis, & Spirensis Episcopus Imperialis Aulæ Cancellarius, & totius Italiæ Legatus, Episcopus Pataviensis, Sifredus Augustensis Episcopus, Albertus Tridentinus Episcopus, Bertoldus Briffinensis, Abbas Augenen., Ludovicus Dux Bavariæ, & Comes Palatinus Rheni, Anselmus Mariscallus Imperii, & Guarnerius de Bolland Senescalcus Imperii, Episcopus Taurinen., & Italiæ Vicarius, F. Papiensis Episcopus, O. Laudensis Episcopus, M. Mutinensis Episcopus, Henricus Bononiensis Episcopus, Azo Marchio Estensis, Matthæus de Corrigia Potestas Papiensis, Niger Marianus Potestas Parmensis, Birrita Potestas Regin., Egidius Potestas Mutinensis, Fisus de Capo S. Petri, & alii plures. Datum in Castris apud S.Leonem Octavo Cal. Octobris, & publicat. apud Spinlabt. pridie Cal. mensis ejusdem anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo indictione octava. Nos autem præ oculis habentes dilectionis, & gratiæ puritatem, quam prædictus Pater noster Summus Pontifex in nostra promotione laudabiliter dinoscitur habuisse, & quod de bono in melius ad exaltationem nostram intendit, scriptum ipsum, sicut continetur superius, confirmamus, & volumus ab omnibus observari; Et ad majorem securitatem præsens scriptum fieri fecimus Bulla aurea typario nostræ Majestatis impressa firmatum. Datum Capuæ post Curiam solemniter celebratam anno Dominicæ Incarnationis millesimo ducentesimo vigesimo primo mense Januarii nona indictione, & anno Imperii nostri primo feliciter Amen.

Loco ✝ signi.

Istru-

Istrumento di ricognizione fatta da diversi Arcivescovi, e Vescovi, e Nobili del Diploma col quale i Principi dell'Imperio ratificarono, ed approvarono i Privilegj spediti da Federigo II. in favore della Romana Chiesa.

In Nomine Domini, Amen.

Somm. num. 14. *Ex Arch. Arcis S. Angel.*

NOs Henricus Treverensis, Guarnerus Maguntinus, Enguebertus Coloniensis, Conradus Magdeburgensis, Giselbertus Bremensis Archiepiscopi, Conradus Argentinensis, Leo Ratisponensis, Bruno Brixinensis, Otto Mindensis, Fredericus Merseburgensis, Widego Misnensis, Joannes Kimensis, Ildebrandus Eistetensis Episc., Fredericus Burclavius de Nuremberch, & Gotifridus Comes Seunensis præsenti scripto fatemur, nos vidisse, ac diligenter inspexisse patentes literas Principum Imperii subscripti tenoris, sigillis eorundem pendentibus consignatas, quarum tenor talis est.

Nos Principes Imperii universis præsentem paginam inspecturis. Ut tollatur de medio omnis materia scandali, dissensionis, seu etiam rancoris occasio inter Ecclesiam, & Imperium, & ii duo gladii, in domo Domini constituti, intimæ dilectionis fœdere copulati, exurgant in reformationem universi populi Christiani; & meritò mundo appareant in omnem exhibitionem justitiæ, & veritatis illa duo magna luminaria posita in medio firmamenti; & Nos in opere, & voluntate filii inveniamur omni tempore devotionis, & pacis, qui tam Ecclesiam, quàm Imperium confovere tenemur, ac

ac etiam unanimiter gubernare, quicquid ipsi Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Matri nostræ factum est per Dominum nostrum Fridericum, Dei gratia Romanorum Regem semper Augustum, & Regem Siciliæ, per privilegia, seu etiam scripta sua, pro omni discordia sopienda, & & evitanda in posterum, & pro pace totaliter reformanda, pariter, & observanda, ut sit in omnibus eisdem omni tempore idem velle, & idem nolle, & nos bonorum operum sectatores, feliciter gaudeamus nostri nomine Principatus, sicut olim ad petitiones, & preces, nec non, & mandatum prædicti Domini nostri Regis Friderici, tempore bo: mem: Domini Innocentii III. Papæ pro bono pacis, ad omnia scandala evitanda, ipsi Sanctæ Romanæ Ecclesiæ super Privilegiis ipsius Regis sibi datis, nostram tunc voluntatem præbuimus, & consensum; sic nunc eandem voluntatem, & consensum nostrum noviter innovamus, & per omnia approbamus. Et ut hæc nostra voluntas, & approbatio, sive renovatio, a nobis ipsi Sanctæ Romanæ Ecclesiæ in perpetuum observentur, ut liqueat in effectu in testimonium illi, & ad perpetuam memoriam nostri, hoc præsens scriptum inde fieri fecimus, nostrorum sigillorum munimine roboratum, super omnibus Privilegiis ab ipso Rege, usque nunc sibi datis, & etiam adhuc dandis, tam super facto Imperii, quàm super facto Regni Siciliæ; ita quod Imperium nihil cum dicto Regno habeat unionis, vel alicujus jurisdictionis in ipso. Acta sunt hæc anno Dominicæ Incarnationis MCCXX. Dat. apud Frankenfort in solemni Curia IX. Kal. Madii, Indictione VIII.

Prædictæ quidem literæ in Consistorio vestro, Sanctissime Pater, & Domine Gregori Divina Providentia Papæ X. assistentibus vobis Reverendis Patribus, Joanne Portuensi, Petro Tusculano, Vicedomino Prene-

ſtrino, Bonaventura Albanenſi, Petro Oſtienſi Epiſcopis, Simone S. Martini in Montibus, Anchero S. Praxedis, Guillelmo S. Marci, Simone tit. S. Cæciliæ Presbyteris, Ottobono S. Adriani, Jacobo S. Mariæ in Coſmedin, Gottifrido S. Georgii ad Velum aureum, Uberto S. Euſtachii, & Matthæo S. Mariæ in Porticu Diaconis Cardinalibus, ac Nobis in veſtra præſentia inibi conſtitutis, per honorabilem virum Ottonem Sancti Guidonis Spirenſis Præpoſitum, Domini Noſtri Rodulphi Regis Romanorum Illuſtris Cancellarium, & Procuratorem lectæ, & propter nos ſupradictos Burclavium, & Comitem, qui nec literas, nec linguam Latinam novimus, fideliter fuerunt expoſitæ. Præfatæ quoque literæ erant non cancellatæ, non abolitæ, nec in aliqua ſui parte vitiatæ, ſed per omnia in prima ſua figura. Acta ſunt hæc Lugduni in prædicto Conſiſtorio ann. Domini MCCLXXIV. menſe Junii die martis VI. menſis ejuſdem, Pontificatus veſtri ann. III. Porrò ad certitudinem præſentium, & memoriam futurorum nos memorati Archiepiſcopi, Epiſcopi, Burclàvius, & Comes præſentes literas fieri fecimus, & noſtrorum ſigillorum munimine roborari.

Al-

Altra Bolla d'Innocenzo IV. spedita nel Concilio Generale di Lione, e sottoscritta da quaranta Prelati, e munita co' loro Sigilli, nella quale oltre quattro Diplomi di Federigo II. si contiene un Diploma di Lodovico Conte Palatino del Reno, e Duca di Baviera, col quale fà a tutti noto, e palese, ch'egli approva il Privilegio di Federigo, e tutto ciò, che in esso si contiene circa la restituzione de' Beni, e Dominj usurpati da' suoi Antecessori Rè, ed' Imperadori fatta alla Sede Apostolica colla volontà, e consenso degli Elettori, e Prencipi dell' Imperio.

INNOCENTIUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei,

Universis Christi fidelibus, ad quos literæ istæ pervenerint, salutem & Apostolicam benedictionem.

Somm. num. 15. *Ex Arch. Castri S. Ang.*

NE occasione casuum futurorum, quibus corporalia subjacent universa, privilegia & literæ, quæ temporibus retroactis ab Imperatoribus & Regibus, aliisque Principibus Nobilibus, ac fidelibus Christianis Sedi Apostolicæ sunt concessa, vel missa, quorum

aliqua Bullis aureis, alia verò ſigillis plumbeis, aut cereis roborata eſſe noſcuntur, valeant deperire: Nos his omnibus, & eorumdem caracteribus ſigillorum diligenter inſpectis, quædam ex ipſis non corrupta, non cancellata, nec etiam vitiata, præſenti pagina facientes de verbo ad verbum nihil addito, mutato, vel dempto tranſcribi, & tranſcripta hujuſmodi Prælatorum Eccleſiaſticorum, quorum nomina inferius continentur, ſigillorum munimine roborari, auctoritate Apoſtolica Sacro Concilio decernimus approbante, ut illa eadem fides tranſcriptis adhibeatur de cætero memoratis, quæ ipſis autenticis adhibetur, & ipſa tranſcripta ex nunc autentica cenſeantur. Tenor verò prædictorum privilegiorum, & literarum eſt talis:

Sanctiſſimo in Chriſto Patri, & Domino ſuo Honorio Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Summo Pontifici, Fridericus Dei, & ſui gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus & Rex Siciliæ cum filiali ſubjectione debitam in omnibus Apoſtolicæ Sedi obedientiam & reverentiam. Cupientes tam Eccleſiæ Romanæ, quàm Regno Siciliæ providere, promittimus & concedimus, ſtatuentes, ut poſtquam fuerimus Imperii coronam adepti, protinus filium noſtrum Henricum, quem ad mandatum Prædeceſſoris veſtri bon: mem: D. Innocentii Papæ III. fecimus coronari, emancipemus a patria poteſtate, ipſumque Regnum Siciliæ tam ultra Farum, quàm citra penitus relinquamus ab Eccleſia Romana tenendum, ſicut Nos illud ab ipſa ſola tenemus: ita quod ex tunc nec habebimus, nec nominabimus Nos Regem Siciliæ, ſed juxta beneplacitum veſtrum procurabimus illud nomine ipſius Filii noſtri Regis uſque ad legitimam ipſius ætatem per perſonam idoneam gubernari, quæ de omni jure, atque ſervitio Eccleſiæ Romanæ reſpondeat, ad quam ſolummodo ipſius Regni dominium noſci-

noſcitur pertinere: Ne fortè pro eo, quod Nos dignatione Divina ſumus ad Imperii faſtigium evocati, aliquid unionis Regnum ad Imperium quovis tempore putaretur habere, ſi Nos ſimul Imperium teneremus & Regnum, per quod tam Apoſtolicæ Sedi, quàm & Hæredibus noſtris aliquod poſſet diſpendium generari. Cæterum quia fortè, quod abſit, poſſet contingere, memoratum filium noſtrum decedere nullo filio vel germano relicto, reſervamus Nobis, ut in hoc caſu non jure Imperii, ſed ratione ſucceſſionis legitimæ, tanquam quivis Pater filio, ei ſuccedere poſſimus in Regnum, ita quod illud a Romana recipiemus, tenebimus, & recognoſcemus Eccleſia, & juramentum præſtabimus pro eodem: Ut autem hæc noſtra promiſſio, conceſſio, & conſtitutio debitum ſortiatur effectum per præſentem paginam aurea Bulla noſtra fecimus communiri. Datum apud Agnowe anno Domini milleſimo ducenteſimo vigeſimo quarto idibus Februarii indictionis octavæ.

Sanctiſſimo in Chriſto Patri & Domino ſuo Innocentio Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Summo Pontifici Fridericus Dei, & ſui gratia Romanorum Rex & ſemper Auguſtus & Rex Siciliæ cum filiali ſubjectione debitam in omnibus Apoſtolicæ Sedi reverentiam & obedientiam. Cupientes tam Eccleſiæ Romanæ, quàm Regno Siciliæ providere, promittimus & concedimus ſtatuentes, ut poſtquam fuerimus Imperii coronam adepti, protinus Filium noſtrum Henricum, quem ad mandatum Veſtrum in Regem fecimus coronari, emancipabimus a Patria poteſtate, ipſumque Regnum Siciliæ tam ultra Pharum, quàm citrà penitus relinquemus ab Eccleſia Romana tenendum, ſicut Nos illud ab ipſa ſola tenemus, ita quod ex tunc nec habebimus, nec nominabimus Nos Regem Siciliæ, ſed juxta beneplacitum veſtrum procurabimus illud nomine ipſius Filii noſtri

Re-

Regis usque ad legitimam ejus ætatem per personam idoneam gubernari, quæ de omni jure atque servitio Ecclesiæ Romanæ respondeat, ad quam solummodo ipsius Regni Dominium noscitur pertinere; Ne fortè pro eo, quod Nos dignatione Divina sumus ad Imperii fastigium evocati, aliquid unionis Regnum ad Imperium quovis tempore putaretur habere, si Nos simul Imperium teneremus & Regnum, per quod tam Apostolicæ Sedi, quàm hæredibus nostris aliquod posset dispendium generari: Ut autem hæc nostra promissio, concessio, & constitutio debitum sortiatur effectum, præsentem paginam aurea Bulla nostra fecimus communiri. Datum apud Argentinam anno Domini millesimo ducentesimo sextodecimo Kal. Julii indictione quarta.

Prædilecto in Christo Patri Domino H. Dei gratia Sanctæ Romanæ Sedis Summo Pontifici F. eadem gratia Romanorum Imperator semper Augustus & Rex Siciliæ benedictionis suæ gratiam promereri. Pervenit ad Nos Sanctissime Pater Vestræ Beatitudini fuisse suggestum, quod edictum illud in solemni Curia pridie Capuæ celebratum de resignandis Nobis Privilegiis Imperatoris, & Imperatricis rec: mem: Parentum nostrorum, & nostris seriò factum fuerit, ut per ipsum Privilegia dudum a Nobis Ecclesiæ Romanæ indulta deberent penitus irritari: super quo Paternitati Vestræ per alias literas nostras scripsisse recolimus, qualiter pro eo, quod prædictus Imperator Pater noster multa de Regno sub spe revocationis concesserat, quæ debuerat retinere, & post obitum Imperatricis de sigillo suo Privilegia multa falsa inventa sunt, quibus major pars nostri demanii fuerat occupata, omnia privilegia ipsa ad manus nostras præcepimus pervenire, similiter & nostra, quæ a diversis Dominis, quibus detinebantur, & sub diversis Sigillis ad totius Regni perni-

permitiem apertè noſcuntur fuiſſe confecta: ſed de propoſito & firma voluntate, quam habuimus, & habemus erga benigniſſimam perſonam veſtram, & Sanctam Romanam Eccleſiam ex eo certiores eſſe poteſtis, quia requiſita privilegia poſt ipſam Conſtitutionem Paternitati Veſtræ curavimus deſtinare.

Datum apud Tranum tertio die menſis Martii indictione nona.

Ludovicus Dei gratia Comes Palatinus Rheni, & Dux Bavariæ Univerſis præſentem paginam inſpecturis. Cum pro reformanda pace, & ſopienda diſcordia, quæ fuit inter Eccleſiam, & Imperium, pro quibuſdam abuſionibus & poſſeſſionibus, & aliis rationibus detentis ſeu occupatis a quibuſdam Imperatoribus, & Regibus Prædeceſſoribus D. Friderici Dei gratia Romanorum Regis, & ſemper Auguſti, & Regis Siciliæ, ipſe Dominus noſter Rex de voluntate noſtra, & conſcientia, & conſenſu noſtro dimiſerit, contulerit, donaverit, ſeu renuntiaverit, & reſtituerit per privilegium ſuum poſſeſſiones ipſas, & alia ſupradicta liberè & abſolutè ſpontanea voluntate Sanctiſſimo Patri ſuo, & Domino Noſtro Innocentio S. R. E. Summo Pontifici, & ejus Succeſſoribus in perpetuum attendens Eccleſiam & Imperium eſſe unum & idem, & mutuis ſe debere viciſſitudinibus adjuvare; Nos ipſum Privilegium approbamus, & ea, quæ continentur in ipſo tam de poſſeſſionibus, quàm de aliis omnibus ſecundum quod in eo continentur, & exprimitur ſigillatim, ita quod de hiis omnibus nihil excipiamus, grata habemus & rata, promittentes pro Nobis & omnibus Succeſſoribus noſtris, quod contra Privilegium ipſum, & conſenſum noſtrum, & omnia, quæ continentur in ipſo, nullo tempore veniemus, ad cujus rei perhennem memoriam præſentem paginam conſcribi juſſimus, & ſigillo noſtro conſignari.

Da-

Datum apud Wormatiam secundo non. Octobris indictione secunda.

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus Hierusalem & Siciliæ Rex. Cum inter cætera beneficia, quæ conjunctis, sive benemeritis collocantur, illud redundet uberius in gratiam conferentis, quod Pater elargitur filio non indignè, illos providimus beneficiorum primitiis honorare, quos etiam præter obsequii merita Imperiali gratia gratos efficit favor naturæ; Inde est igitur, quod Nos inspecto puræ dilectionis obtentu, qua Pater Filium sicut innatæ beneficio gratiæ una persona censetur, dignis tenetur præmiis ampliare, de Paternæ benevolentiæ & provisionis affectu concedimus, damus, & tradimus Tibi Regi Conrado Karissimo Filio nostro, & hæredibus tuis in perpetuum Civitatem nostram Gajetæ cum omnibus pertinentiis, justitiis, & rationibus suis: Concedimus etiam & damus Tibi in Vassallos cum omnibus Terris, Villis, & Castris eorum, Rogerium de Gallutio, Raynonem de Prata, Dominos Popleti, Theodinum de Amitno, Conradum de Lucinardo, & omnes alios Barones, qui tempore turbationis inter Nos, & Ecclesiam motæ contra Nos ipsi Ecclesiæ adhæserunt, & usque hodie sub forma pacis existunt, salvo servitio, quod exinde Curiæ nostræ debetur, & salvo mandato, & ordinatione nostra. Ad hujus autem concessionis, & donationis nostræ memoriam, & robur perpetuò valiturum, præsens Privilegium per manus Jacobi de Lintin Notarii & fidelis nostri scribi, & Bulla aurea typario nostræ majestatis impressa jussimus communiri. Anno mense & indictione subscriptis. Datum apud Policorium Anno Dominicæ Incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo tertio mensis Martii sextæ indictionis Imperante Domino Nostro Friderico Dei gratia Invictissimo Romano-

rum

rum Imperatore ſemper Auguſto Hieruſalem & Siciliæ Rege glorioſiſſimo anno Imperii ejus tertio decimo, Regni Hieruſalem octavo, Regni verò Siciliæ triceſimo quinto feliciter amen.

Nos autem Nicolaus Patriarcha Conſtantinopolitanus, Albertus Patriarcha Antiochenus, Bertoldus Patriarcha Aquilegienſis, & Philippus Bituricenſis, Bonifacius Cantuarienſis, Albertus Armacanus, Joellus Remenſis, Americus Lugdunenſis, Gerardus Burdegalenſis, Gilo Senonenſis, Oddo Rothomagenſis, Gaufridus Turonenſis, Guillelmus Biſuntin., Johannes Arelaten., Johannes Compoſtell., Petrus Terraconen., Johannes Bracharen., Leo Mediolanen., Vitalis Piſanus, Marinus Baren., & Hiſpanus Auxitanus Archiepiſcopi, nec non Robertus Leodien., Nicolaus Pragen., Johannes Pictaven., Robertus Belvacen., Henricus Carnoten., Hugo Lingonen., Wercius Lucanus, Albertus Mutinenſis, Arias Ulixbonen., Petrus Barchinon., Gualterus. . . . Robertus Lincolnien., David Sancti Andreæ, & Ulricus Tirieſt. Epiſcopi, Guillelmus etiam Cluniacen., Bonifacius Ciſtercien., & Stephanus Claravallen. Abbates, Fr. Johannes inſuper Magiſter Ordinis Fratrum Prædicatorum, & Fr. Bonaventura Vicarius Miniſtri Generalis Ordinis Fratrum Minorum privilegia, & literas prælibata, eorumque ſigilla cum characteribus ſuis inſpeximus diligenter, factaque coram Nobis collatione de ipſis ad tranſcripta ſuperius annotata ſinguli ſigilla noſtra eiſdem fecimus tranſcriptis apponi. Nulli ergo omninò hominum liceat hujus decreti paginam infringere, vel ei auſu temerario contraire; ſi quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Lugduni III. Idus Julii Pontificatus noſtri Anno Tertio.

Istrumento pubblico, in cui si contengono il Privilegio di Federigo II., il di lui Giuramento, ed altro suo Diploma, col quale promette di non offendere quelli, che avevano aderito alla Chiesa Romana; in oltre le lettere de' Principi dell'Imperio, i quali tra le altre cose promettono, che il detto Imperadore osserverà tutto quello, a cui con giurata promessa si era obbligato; ed insieme altre lettere testimoniali di diversi Vescovi, ed Arcivescovi, i quali fanno fede delle cose ingiunte da' Legati Apostolici a Federigo, in adempiendo le quali gli avevano accordata l'assoluzione dalla Scomunica.

Somm. num. 16. *Ex Arch. Arcis S. Angeli. Autographum hujus Privilegii extat separatim ab hoc Instrumento in eodem Archivo.*

Hìc habentur variæ literæ Friderici II. Imperatoris, inter quas sunt literæ conventionis cujusdam inter Romanam Ecclesiam, & Imperatorem ipsum, nec non certæ literæ testimoniales Episcoporum super absolutione Imperatoris ejusdem.

IN nomine Dei æterni, Salvatoris nostri Jesu Christi Amen. Fridericus II. Divina favente clementia Romanorum Rex semper Augustus, & Rex Siciliæ. Regnum

gnum nostrum tunc stabiliri confidimus, cum Altissimum, de cujus manu ea, quæ possidemus, bona recepimus, honoramus: Tantò enim Domino qui bona tribuit Nobis ad offerendas hostias operis & devotionis adstringimur, quantò ipsum misericordem in Nobis, & mirabilem experimur. Cognoscentes igitur gratiam, quæ data est Nobis ab ipso, habentes quoque præ oculis immensa & innumera beneficia Vestra, carissime Domine, & Reverendissime Pater protector, & benefactor noster D. Honori Dei gratia Summe Pontifex venerande; per cujus beneficium operam & tutelam aliti sumus, protecti pariter, & promoti, postquam in sollicitudinem vestram Mater nostra fel. mem. Constantia Imperatrix, & Regina Siciliæ ex ipso quasi utero Nos jactavit Vobis Beatissime Pater, & omnibus Successoribus vestris Catholicis, Sanctæque Romanæ Ecclesiæ speciali Matri nostræ omnem obedientiam, honorificentiam, atque reverentiam semper humili corde, ac devoto spiritu impendemus, quam Prædecessores nostri Reges, & Imperatores Catholici vestris Antecessoribus impendisse noscuntur, nihil exinde volentes diminui, sed magis augeri, ut nostra magis devotio enitescat. Illum igitur volentes abolere abusum, quem interdum quidam Prædecessorum nostrorum exercuisse noscuntur in electionibus Prælatorum. Concedimus, & sancimus, ut electiones Prælatorum liberè & canonicè fiant, quatenus ille præficiatur Ecclesiæ viduatæ, quem totum Capitulum, vel major & sanior pars ipsius duxerit eligendum, dummodo nihil desit de canonicis institutis. Appellationes autem in negociis & causis Ecclesiasticis ad Sedem Apostolicam liberè fiant, & earum prosequutionem sive processum nullus impedire præsumat: Illum quoque dimittimus & refutamus abusum, quem in occupandis bonis decedentium Prælatorum,

aut etiam Ecclesiarum vacantium nostri consueverunt Antecessores committere pro motu propriæ voluntatis: Omnia verò spiritualia Vobis, & aliis Ecclesiarum Prelatis relinquimus liberè disponenda, ut quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo recta distributione reddantur. Super eradicando autem hæreticę pravitatis errore auxilium dabimus & operam efficacem. Possessiones etiam, quas Romana Ecclesia recuperavit ab Antecessoribus nostris, seu quibuslibet aliis antè detentas, liberas & quietas sibi dimittimus, & ipsam ad eas obtinendas bona fide promittimus adjuvare; quas verò nondum recuperavit, ad recuperandum erimus pro viribus adjutores, & quæcunque ad manus nostras devenient sine difficultate ac mora ei restituere satagemus. Ad has pertinet tota terra, quę est a Radicofano usque Ceperanum, Marchia Anconitana, Ducatus Spoletanus, Terra Comitissæ Mathildis, Comitatus Brittenorii, Exarchatus Ravennæ, Pentapolis, Massa Trabaria cum adjacentibus Terris, & omnibus aliis ad Romanam Ecclesiam pertinentibus, ut eas habeat Romana Ecclesia in perpetuum CUM OMNI JURISDICTIONE, DISTRICTU, ET HONORE SUO. Verumtamen cum ad recipiendum coronam Imperii, vel pro necessitatibus Ecclesiæ ab Apostolica Sede vocati venerimus DE MANDATO SUMMI PONTIFICIS, RECIPIEMUS PROCURATIONES SIVE FODRUM AB IPSIS: Omnia igitur supradicta, & quæcumque alia pertinent ad Romanam Ecclesiam DE VOLUNTATE, ET CONSCIENTIA, CONSILIO ET CONSENSU PRINCIPUM IMPERII liberè illi dimittimus, renunciamus, & restituimus, nec non ad omnem scrupulum removendum, prout melius valet, & efficacius intelligi, concedimus, conferimus, & donamus, ut sublata omnis contentionis & dissensionis materia, firma pax & plena concordia inter Ecclesiam & Imperium perseverent.

Ad-

Adjutores etiam erimus ad retinendum, & defendendum Ecclesiæ Romanæ Regnum Siciliæ cum omnibus ad ipsum spectantibus tam citra Pharum, quàm ultra; nec non Corsicam & Sardiniam, ac cætera jura, quæ ad eam pertinere noscuntur tanquam devotus Filius & Catholicus Princeps. Ut autem hæc omnia memorata Sanctissimo Patri Nostro D. Honorio Sacrosanctæ R.E. Summo Pontifici, ejusque Successoribus per Nos, & Nostros Successores Romanorum Reges, & Imperatores observentur, firmaque & inconvulsa semper permaneant, præsens privilegium conscriptum Majestatis nostræ aurea Bulla jussimus communiri. Testes hi sunt Henricus Argentinus Episcopus, Henricus Basilien. Episcopus, Abbas S. Galli, Ugo Abbas Morbacen., Golfridus Abbas de Wiziburch, Tibaldus Dux Lotheringiæ, Comes Egno de Urach, Comes Ludovicus de Wimberch, Comes Guerardus de Ehelfintteo, Henricus de Niffen., & alii quamplures.

Signum D. Friderici Dei gratia Romanorum Regis semper Augusti, & Regis Siciliæ. Ego Conradus Dei & Apostolicæ Sedis gratia Meten. & Spiren. Episcopus Imperialis Aulæ Cancellarius Vice D. Siffridi Maguntini Archiepiscopi, & totius Germaniæ Archicancellarii recognovi. Acta sunt hæc anno Dominicæ Incarnationis millesimo ducentesimo decimo nono mense Septembris indictione octava Regnante D. Frederico II. Romanorum Rege glorioso, & Rege Siciliæ Anno Roman. Regni ipsius in German. Septimo, & in Sicilia vigesimo secundo feliciter amen. Datum apud Hagnow per manus Henrici Regalis Aulæ Prothonotarii anno mense & indictione præscriptis.

Fridericus Divina favente clementia Romanorum Imperator semper Augustus & Rex Siciliæ. Per præsens scriptum notum facimus tam præsentibus, quàm futu-

futuris, quod Nobis existentibus anno præterito in mense Septembris octavæ indictionis apud Hagenovem fieri fecimus quoddam scriptum ad mandatum Beatissimi in Christo Patris D. Honorii S. R. E. Summi Pontificis, & Nunciorum ejus, quod continebat. In Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis amen. Ego Fridericus II. Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, & Rex Siciliæ Tibi Domino meo Sanctissimo & Patri Kolendissimo H. Papæ III. tuisque Successoribus, & Ecclesiæ Romanæ, præsentibus subscriptis Principibus Imperii, & Nobilibus spondeo, polliceor, promitto, & juro, quod omnes possessiones, honores, & jura Romanæ Ecclesiæ pro posse meo bona fide protegam, & servabo: Possessiones autem, quas Ecclesia Romana recuperavit, liberas & quietas sibi dimittam, & ipsam ad eas retinendas bona fide juvabo. Quas autem nondum recuperavit, adjutor ero ad recuperandum, & recuperatarum secundum posse meum ero sine fraude defensor, & quæcumque ad manus meas devenient, sine difficultate restituere procurabo. Ad has pertinet tota terra, quæ est a Radicofano usque Ceperanum, Exarchatus Ravennæ, Pentapolis, Marchia Anconitana, Ducatus Spoletanus, Terra Comitissæ Matildis, Comitatus Britthenorii cum adjacentibus Terris expressis in multis Privilegiis Imperatorum a tempore Ludovici, has omnes pro posse meo restituam, & quiete dimittam cum omni jurisdictione, districtu, & honore suo. VERUMTAMEN CUM AD RECIPIENDAM CORONAM IMPERII, VEL PRO NECESSITATIBUS ECCLESIÆ AB APOSTOLICA SEDE VOCATUS ACCESSERO DE MANDATO SUMMI PONTIFICIS, ACCIPIAM PROCURATIONEM AB EIS, adjutor etiam ero ad retinendum & defendendum Ecclesiæ Romanæ Regnum Siciliæ, Tibi etiam Domino H. Papæ & Successoribus tuis omnem obedientiam, & honorificentiam exhibebo, quam

Autographum hujus Juramenti separatim ab hoc Instrumento in eodem Archivo.

quam devoti & Catholici Imperatores consueverunt Sedi Apostolicæ exhibere: Etsi propter negocium meum Romanam Ecclesiam oportuerit incurrere guerram, subveniam ei, sicut necessitas postulaverit, in expensis. Omnia verò supradicta tam juramento, quàm scripto firmabo, cum Imperii fuero coronam adeptus. Principes autem Imperii & Nobiles, coram quibus juravi, hi sunt: Henricus Argentinus Episcopus, Henricus Basiliensis Episcopus, Abbas S. Galli, Ugo Abbas Morbacen., Golfridus Abbas de Wiziburch, Tibaldus Dux Lotheringiæ, Comes Egeno de Urach, Comes Ludovicus de Wirtiberch, Comes Guerardus de Helfinsten, Henricus de Hilsen., & quamplures alii. Actum apud Agnowe anno Dominicæ Incarnationis millesimo ducentesimo decimo nono mense Septembris Indictione octava. Nos autem præ oculis habentes dilectionis, & gratiæ puritatem, quam prædictus Pater noster Summus Pontifex in nostra promotione laudabiliter dignoscitur habuisse, & quia de bono in melius ad exaltationem nostram intendit, scriptum ipsum, sicut continetur superius, confirmamus, & volumus ab omnibus observari, & ad majorem securitatem præsens scriptum fieri fecimus Bulla aurea typario nostræ Majestatis impressa firmatum.

Dat. Capuæ post Curiam solemniter celebratam anno Dominicæ Incarnationis millesimo ducentesimo vigesimo primo mense Januarii Indictionis nonæ & anno Imperii nostri primo feliciter amen.

Nos Principes Imperii Universis præsentem paginam inspecturis, ut tollatur de medio omnis materia scandali, dissensionis, seu etiam rancoris occasio inter Ecclesiam & Imperium, & hi duo gladii in domo Domini constituti, intimæ dilectionis fœdere copulati exurgant in reformationem universi populi Christiani, & meri-

meritò mundo appareant in omnem exhibitionem justitiæ, & veritatis illa duo magna luminaria posita in medio firmamenti; & Nos in opere & voluntate Filii inveniamur omni tempore devotionis, & pacis, qui tam Ecclesiam, quàm Imperium confovere tenemur, ac etiam unanimiter gubernare, quicquid ipsi Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Matri nostræ factum est per Dominum nostrum Fridericum Dei gratiam Romanorum Regem semper Augustum, & Regem Siciliæ per Privilegia, seu etiam scripta sua pro omni discordia sopienda & evitanda in posterum, & pro pace totaliter reformanda pariter, & observanda, ut sit in omnibus eisdem omni tempore idem velle & idem nolle, & Nos bonorum operum sectatores feliciter gaudeamus nostri nomine Principatus: Sicut olim ad petitiones & preces, nec non & mandatum prædicti D. Nostri Regis Friderici tempore bo: me: Innocentii III. Papæ pro bono pacis ad omnia scandala evitanda ipsi Sanctæ R. E. super Privilegiis ipsius Regis sibi datis nostram tunc voluntatem prębuimus & consensum, sic nunc eamdem voluntatem, & consensum nostrum noviter innovamus, & per omnia approbamus. Et ut hæc nostra voluntas & approbatio, sive renovatio a Nobis ipsi S. R. E. in perpetuum observentur, & liqueat in effectu in testimonium illi; & ad perpetuam rei memoriam nostrum hoc præsens scriptum inde fieri fecimus nostrorum sigillorum munimine roboratum super omnibus Privilegiis ab ipso Rege usque nunc sibi datis, & etiam adhuc dandis tam super facto Imperii, quàm super facto Regni Siciliæ; ita quod Imperium nihil cum dicto Regno habeat unionis, vel alicujus jurisdictionis in ipso. Acta sunt hæc anno Dominicæ Incarnationis millesimo ducentesimo vigesimo.

Datum apud Frankenfort in solemni Curia nono Cal. Maii Indictionis octavæ.

Fri-

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus Hieruſalem & Siciliæ Rex: Per præſens ſcriptum notum facimus univerſis, quod Nos remittimus omnem offenſam, & pœnam Theotonicis, Lombardis, Tuſcis, & hominibus Regni generaliter, & Gallicis, & omnibus aliis, qui Eccleſiæ contra Nos adhæſerunt, & per Thomaſium Comitem Acerrarum dilectum fidelem noſtrum facimus in anima noſtra jurari, quod prædictos nullo tempore offendemus, vel faciemus offendi, pro eo, quod Romanæ Eccleſiæ contra Nos, orta diſcordia, aſtiterunt, & quod pacem Eccleſiæ, & eis obſervabimus. Remittimus etiam ſententias, conſtitutiones, & banna, ſi qua per Nos, vel per alios lata, vel edita ſunt occaſione hujuſmodi contra eos. Promittimus etiam, quod terras Eccleſiæ in Ducatu, vel in Marchia, ſeu alio Patrimonio Eccleſiæ non invademus, nec devaſtabimus per Nos, vel per alios. Ad cujus rei evidentiam præſens ſcriptum fieri, & Bulla aurea typario Noſtræ Majeſtatis impreſſa juſſimus communiri.

Datum apud S. Germanum anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo trigeſimo die menſis Julii tertiæ Indictionis.

In nomine Domini amen. Bertholdus Aquilegen. Patriarcha, Eberhardus Archiepiſcopus Salzeburgen., Siffridus Epiſcopus Ratiſponen., Linpoldus Auſtriæ, atque Stiriæ, Bernardus Karinthiæ, Otto Meranniæ Duces Dei gratia Principes Imperii. Per præſens ſcriptum notum fieri volumus univerſis, quod inter Sacroſanctam R. E. Dominam & Matrem noſtram, & Sereniſſimum D. N. Fridericum Romanorum Imperatorem ſemper Auguſtum Hieruſalem & Siciliæ Regem convenit, quod de communi voluntate prædictæ Matris Eccleſię, & D. noſtri Imperatoris tractabitur de via invenienda,

qualiter ad eumdem D. Imperatorem cum honore Ecclesiæ revertantur Gajetana, & S. Agathæ Civitates, & omnes cum bonis suis de Regno Siciliæ, quos Ecclesia in sua fide recepit, & in Ecclesiæ devotione perdurant. Ad quem tractatum datus est annus, nisi antea via valeat inveniri, ad quam inveniendam dicta Mater Ecclesia sollicitudinem & curam adhibere promisit, nec terminus, nisi de consensu partium, alterius prorogabitur: Sed si (quod absit) infra dictum terminum via inventa non fuerit, ex tunc per arbitros interim eligendos procedetur in via, ut dictum est, invenienda, quorum duo sint ex parte Ecclesiæ, & duo ex parte D. Imperatoris, qui si concordare non poterunt, quintum eligent, & dicto majoris partis stabitur. Præstitit itaque D. Imperator juramentum per Thomasium Comitem Acerrarum in animam suam, & de mandato suo jurantem, quod interim prædictas terras, & homines non offendet in personis & rebus, nec a suis permittet offendi, & viam, quæ invenietur, per communem tractatum ejusdem Romanæ Ecclesiæ & D. Imperatoris, vel per arbitros idem Dominus Imperator observabit. Notum quoque facimus, quod D. Imperator remittit omnem offensam, & pœnam Theotonicis, Lombardis, Tuscis, & hominibus de Regno Siciliæ generaliter, & Gallicis, & omnibus aliis, qui Ecclesiæ contra eum adhæserunt, & Thomasium Comitem Acerrarum fecit in animam suam jurare, quod prædictos nullo tempore offendet, nec faciet offendi, pro eo quod Romanæ Ecclesiæ contra eum, orta discordia, adstiterunt, sed pacem eis, & Ecclesiæ observabit. Remittit etiam D. Imperator sententias, constitutiones, & banna, si qua per eum, vel per alios lata vel edita sunt occasione hujusmodi contra eos. Promittit insuper, quod Terras Ecclesiæ in Ducatu, & in Marchia, seu alio Patrimonio Ecclesiæ

non

non invadet, neque vastabit per se, vel per alios, sicut in scriptis ab eodem D. Imperatore super prædictis omnibus factis, & Bullis aureis impressis, & typariis Majestatis suæ communitis plenariè continetur. Nos autem tactis Sacrosanctis Evangeliis juramus procurare bona fide, quod prædictus D. Imperator prædicta servabit, & contra ea non veniet. Alioquin nisi infra tres menses in Regno Siciliæ, infra quatuor in Italia, infra quinque extra Italiam non duxerit emendanda potenter ac patenter, ad requisitionem Ecclesiæ assistemus ei contra eumdem D. Imperatorem, donec satisfecerit. Quod si per D. nostrum Imperatorem steterit, quod arbitros non elegerit, vel electos impedierit, ne procedant, Nos Ecclesiæ tenebimur assistere, sicut scriptum est. Si autem Ecclesia arbitros dare noluerit, vel datos impedierit ne procedant, Nos ex tunc, quantum ad hoc articulum, prædicto non tenebimur juramento. Ad cujus rei memoriam præsens scriptum fieri fecimus sigillis nostris communitum.

Datum apud S. Germanum anno Dominicæ Incarnationis millesimo trecentesimo vigesimo quarto die mensis Julii tertiæ Indictionis.

Nos Dei gratia Arelaten. Archiepiscopus, Wintonien., & M. Belvacen. Episcopi requisiti a Venerab. Patribus I., Dei gratia Episcopo Sabinensi, & Th. Tit. S. Sabinæ Presbytero Cardinalibus Apostolicæ Sedis Legatis, ut super iis, quæ de processu ipsorum in negocio absolutionis D. Imperatoris audivimus, & vidimus, testimoniales literas scriberemus. Ad communem deducimus notitiam, quod prædicti D. Legati D. Imperatori fecerunt mandata subscripta in hunc modum. Nos I. Dei gratia Sabinen. Episcopus, & Th. eadem gratia Tit. S. Sabinæ Presbyter Cardinalis Apostolicæ Sedis Legati auctoritate D. Papæ mandamus D. Imperatori,

quod non impediat per ſe, vel per alium, quin electiones, poſtulationes, & confirmationes Eccleſiarum, Monaſteriorum in Regno liberè fiant, de cætero ſecundum ſtatuta Concilii Generalis: Item ut Comitibus Celanen, & filiis quondam Renaldi de Averſa ſatisfaciat ſecundum formam compoſitionis in iis, pro quibus Eccleſia fidejuſſit. Item ut ſatisfaciat de mobilibus, injuriis, damnis illatis Templariis, Hoſpitalariis, & aliis Perſonis Eccleſiaſticis, terminis competentibus ab Eccleſia aſſignandis: Item quod a die abſolutionis uſque ad octo menſes caveat Eccleſiæ bona fide per fidejuſſores idoneos & juratos Principes, Comites, & Baronos Theotoniæ, & communia Civitatum Lombardiæ, Tuſciæ, Marchiæ, Romaniolæ, & earumdem Provinciarum Marchiones, Comites, & Barones, quos Eccleſia nominabit, qui ad Eccleſiæ requiſitionem teneantur aſſiſtere Eccleſiæ contra illum, donec ſatisfaciat; ſi mandata Eccleſiæ non ſervaverit, vel pacem fregerit, ſeu terram Eccleſiæ, vel eorum terras, quas Eccleſia tenet ad manus ſuas, vel perſonas eorum cœperit, occuparit, ſeu devaſtarit, & infra tres menſes, ſi fuerit in Regno, ſi in Italia infra quatuor, ſi autem extra Italiam, infra quinque ea non duxerit emendanda, & ſuper hoc dabunt Eccleſiæ cartas ſuas ſuo ſigillo munitas. Injungimus quoque ei, quod infra quindecim dies certum nuncium mittat ad Curiam, qui recipiat nomina illorum, quorum fidejuſſionem requiret Eccleſia. Hæc autem ſupradicta mandamus ei, omnibus cautionibus in ſua integritate manentibus olim præſtitis pro negocio Terræ Sanctæ, ut pro illo ſatisfaciat, ſecundum quod Eccleſia ordinabit. Si quid autem a Nobis per occupationem, vel incuriam eſt omiſſum de iis, quæ mandare debuimus, Domino Papæ reſervetur. *Ad hæc proteſtationem quamdam fecerunt in hunc modum.*

Pro-

Proteſtamur quod Dominus Papa vult ſibi reſtitui expenſas, quas extra Regnum coacta eſt Eccleſia facere pro Eccleſię libertate, & B. Petri Patrimonio conſervandis, excommunicationis quoque ſententiam pronunciaverunt ſub hac forma: Si D. Imperator, prout injunctum eſt ei per fidejuſſores, non caverit bona fide; ſi viam pacis, quæ invenietur per communem contractum, vel per arbitrium, prout in forma compoſitionis continetur, non obſervaverit; ſi terram Eccleſiæ, vel terras eorum, quas Eccleſia tenet ad manus ſuas, vel perſonas eorum cœperit, occuparit, ſeu devaſtarit, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrat; quam ex nunc in ipſum ferimus auctoritate Domini Papæ. Acta ſunt hæc apud S. Juſtam juxta Ceperanum anno Domini milleſimo ducenteſimo trigeſimo in feſto S. Auguſtini.

Nos Dei gratia Salzeburgen. Archiepiſcopus, & Ratiſponen. Epiſcopus requiſiti a Venerabil. Patribus, I. Dei gratia Epiſcopo Sabinenſi, & Th. Tit. S. Sabinæ Presbytero Cardinali Apoſtolicæ Sedis Legatis, ut ſuper iis, quæ de proceſſu ipſorum in negocio abſolutionis D. Imperatoris audivimus, & vidimus, teſtimoniales literas ſcriberemus: ad communem deducimus notitiam, quod prædicti D. Legati Domino Imperatori fecerunt mandata ſubſcripta in hunc modum: Nos I. Dei gratia Sabinen. Epiſcopus, & Th. eadem gratia Tit. S. Sabinæ Presbyt. Cardinales Apoſtolicæ Sedis Legati auctoritate D. Papæ mandamus D. Imperatori, quod non impediat &c. *ut ſupra uſque in finem nihil addito vel mutato*.

Nos Dei gratia Reginus, Mutinen., & Mantuanus Epiſcopi, & G. Briſcienſis electus requiſiti a Venerabilibus Patribus I. Sabin. Epiſcopo, & Th. Tit. S. Sabinæ Presbytero Cardinalibus Apoſtolicæ Sedis Legatis,

ut

ut ſuper iis, quæ de proceſſu ipſorum in negocio abſolutionis Domini Imperatoris audivimus & vidimus, teſtimoniales literas ſcriberemus, ad communem deducimus notitiam, quod prædicti Domini Legati, Domino Imperatori fecerunt mandata ſubſcripta in hunc modum. Nos I. Dei gratia Sabinen. Epiſcopus, & Th. eadem gratia Tit. S. Sabinæ Presbyter Cardinales Apoſtolicæ Sedis Legati auctoritate Domini Papæ mandamus Domino Imperatori, quod non impediat &c. *ut ſupra uſque in finem nihil addito vel mutato.*

Extat auctographum duplicatum in Archivo Caſtri S. Angeli.

Giu-

Giuramento di Guglielmo Conte di Olanda eletto Rè de' Romani, col quale ad esempio de' suoi Antecessori promette proteggere, e difendere i Dominj della Romana Chiesa, numerando trà questi la Terra della Contessa Matilde, l'Esarcato, ed'altre Provincie, e Luoghi espressi ne' Privilegj di Lodovico Pio, e degli altri Imperadori.

Instrumentum transcripti Litterarum Willelmi Roman. Regis, in quibus continetur juramentum fidelitatis per eum præstitum Ro: Ecclesiæ, ac Papæ Innocentio IV., qui fuit eisdem temporibus an. 1249.

In Nomine Domini amen.

NOverint universi hoc præsens Instrumentum publicum inspecturi, quod Nos Johannes de Amelio Forojulien. Archidiaconus Cameræ D. PP. Clericus Delegatus, seu Commissarius ad infrascripta &c. *sequitur ut supra pag.* 215.

Somm. num. 17. Ex Arch. Castri S. Angeli.

Inter alia verò elegimus, ac vidimus, & diligenter inspeximus quasdam patentes literas quondam Willelmi Roman. Regis, quæ videbantur fuisse aliàs sigillatæ sigillo dicti Willelmi, prout in quadam cordula

de

de ſyrico rubei viridiſque coloris abque ſigillo aliquo impendenti prima facie apparebat. Quas quidem patentes literas Nos Johannes Delegatus & Commiſſarius memoratus tranſcribi per Bertrandum de Glandederio, & in formam publici Inſtrumenti redigi fecimus, & ſcribi per ſupradictos, inferiuſque ſcriptos tabelliones: Volentes, & auctoritate Apoſtolica Nobis in hac parte commiſſa ſpecialiter decernentes, ſedentes pro Tribunali, quod tranſumpto, ſeù tranſcripto hujuſmodi deinceps illa fides adhibeatur tam in judicio, quàm extra, ſicut literis originalibus antedictis, ipſumque tranſumptum ſive tranſcriptum, ubique eamdem fidem faciat in agendis, quàm facerent literæ memoratæ: Quibus omnibus & ſingulis noſtram auctoritatem interponimus, & Decretum: tenor verò dictarum literarum talis eſt. In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis: Ego Willelmus Dei gratia Romanorum Rex & ſemper Auguſtus Tibi Domino meo Sanctiſſimo & Patri cariſſimo Innocentio Papæ IV., tuiſque Succeſſoribus, & Eccleſiæ Romanæ, præſentibus ſubſcriptis Principibus Imperii & Nobilibus, ſpondeo, polliceor, promitto, & juro, quod omnes Poſſeſſiones, honores, & jura Ro: Eccleſiæ pro poſſe meo bona fide protegam, & ſervabo: Poſſeſſiones autem, quas Eccleſia Romana recuperavit, liberas & quietas ſibi dimittam, & ipſam ad eas retinendas bona fide juvabo. Quas autem nondum recuperavit, adjutor ero ad recuperandum, & recuperatarum ſecundum poſſe meum ero ſine fraude defenſor, & quæcumque ad manus meas devenient, ſine difficultate reſtituere procurabo: Ad has pertinet tota Terra, quæ eſt a Radicofano uſque Ceperanum, Exarchatus Ravennæ, Pentapolis, Marchia Anconitana, Ducatus Spoletanus, TERRA COMITISSÆ MATHILDIS, Comitatus Brictenorii cum adjacentibus Terris expreſſis in multis Pri-

Privilegiis Imperatorum a tempore Ludovici: Has omnes pro posse meo restituam, & quietè dimittam cum omni jurisdictione, districtu, & honore suo. Verumtamen cum ad recipiendam Coronam Imperii, vel pro necessitatibus Ecclesiæ ab Apostolica Sede vocatus accessero DE MANDATO SUMMI PONTIFICIS ACCIPIAM PROCURATIONEM AB EIS. Adjutor etiam ero ad retinendum & defendendum Ecclesiæ Romanæ Regnum Siciliæ. Tibi etiam Domino meo Innocentio Papæ, & Successoribus tuis omnem obedientiam & honorificentiam exhibebo, quam devoti & Catholici Imperatores & Reges consueverunt Sedi Apostolicæ exhibere: & si propter negotium meum Romanam Ecclesiam oportuerit incurrere guerram, subveniam ei, sicut necessitas postulaverit in expensis: Omnia verò prædicta tam juramento, quàm scripto firmabo, cum Imperii fuero coronam adeptus. Principes autem Imperii, & Nobiles, quibus præsentibus, juravi, sunt hi: Sifridus Archiepiscopus Maguntinus Germanię Archicancellarius, Henricus electus Spiren. Regalis Aulæ Cancellarius, Albertus Comes de Dinlingen., Ulricus Comes de Werhemberg, Corradus Comes Silvest., Gerardus Comes de Di., Eniko Comes Delinegen., Anselmus Marescialllus de Instingen., Wernerus de Bolandia Dapifer, Wernerus Filius ejus Pincerna, Ulricus de Mintemberg Camerarius, Conradus de Smedevelt, Fridericus de Randemberg, Gotefridus de Bigen., Sifridus de Runkel Viri Nobiles, Crasto de Bochberg, Willelmus Advocatus, Aq. Wiricus de Dunen., & alii plures.

Datum in Castris apud Enghlheim anno Domini MCC. quadragesimo nono XI. Cal. Martii Indictione VII. anno primo.

In cujus rei testimonium præsens sumptum &c. *sequitur ut supra pag.* 218.

Istrumento di diversi Arcivescovi, Vescovi, e Principi della Germania, col quale attestano, Ottone Preposito di Spira Nunzio di Ridolfo Rè de' Romani avere riconosciuto in pubblico Concistoro tenuto da Gregorio X. li 6. Giugno in tempo del Concilio Generale di Lione li Privilegj concessi da Ottone IV., e da Federigo II. alla Romana Chiesa.

In Nomine Domini Amen.

Somm. num. 18. *Ex Arch. Castr. S. Ang.*

NOs Henricus Treverensis, Guarnerus Maguntinus, Enguebertus Coloniensis, Conradus Magdeburgensis, Giselbertus Bremensis Archiepiscopi, Conradus Argentinensis, Leo Ratisponensis, Bruno Brixinensis, Otto Mindensis, Fredericus Merseburgensis, Widego Misnensis, Joannes Kimensis, Ildebrandus Eistetensis Episc., Fredericus Burclavius de Nurembere, & Gotifridus Comes Seunensis præsenti scripto fatemur, nos vidisse, ac diligenter respexisse privilegia, nec non & juramenta claræ memoriæ Ottonis IV. & quondam Frederici II. Imperatorum, tunc Regum Romanorum, non cancellata, non abolita, nec in aliqua sui parte vitiata, sed in prima sui facie aureis bullis Regum ipsorum, Regiæ Majestatis impressis typario consignata, quorum tenores tales sunt.

Ego Otto Dei gratia Romanorum Rex, & semper Augustus, Tibi Domino meo Innocentio Papæ &c. *ut supra pag.* 274.

In

In nomine Sanctæ, & individuæ Trinitatis. Otto IV. Divina favente clementia Romanorum Rex, & semper Augustus. Recognoscentes ab eo nostræ promotionis donum &c. *ut supra pag.* 272.

In nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis Amen.

Fridericus II. Divina favente clementia Romanorum Rex & semper Augustus, & Rex Siciliæ. Regnum nostrum tunc stabiliri confidimus, cum Altissimum, de cujus manu ea, quæ possidemus, bona recepimus, honoramus: Tantò enim Domino qui bona tribuit Nobis ad offerendas hostias operis & devotionis adstringimur, quantò ipsum misericordem in Nobis, & mirabilem experimur. Cognoscentes igitur gratiam, quæ data est Nobis ab ipso, habentes quoque præ oculis immensa & innumera beneficia Vestra, carissime Domine, & Reverendissime Pater protector, & benefactor noster D. Innocenti Dei gratia Summe Pontifex venerande; per cujus beneficium operam & tutelam aliti sumus, protecti pariter, & promoti, postquam in sollicitudinem vestram Mater nostra fel. mem. Constantia Imperatrix, & Siciliæ Regina ex ipso quasi utero Nos jactavit Vobis Beatissime Pater, & omnibus Successoribus vestris Catholicis, Sanctæque Romanæ Ecclesiæ speciali Matri nostræ omnem obedientiam, honorificentiam, atque reverentiam semper humili corde, ac devoto spiritu impendemus, quam Prædecessores nostri Reges, & Imperatores Catholici vestris Antecessoribus impendisse noscuntur, nihil exinde volentes diminui, sed magis augeri, ut nostra magis devotio enitescat. Illum igitur volentes abolere abusum, quem interdum quidam Prædecessorum nostrorum exercuisse dingoscuntur, & dicuntur in electionibus Prælatorum, concedimus, & sancimus, ut electiones Prælatorum liberè & canonicè fiant, quatenus ille præficiatur Ecclesiæ viduatæ, quem to-

tum Capitulum, vel major & ſanior pars ipſius duxerit eligendum, dummodo nihil deſit de canonicis inſtitutis. Appellationes autem in negociis & cauſis Eccleſiaſticis ad Sedem Apoſtolicam liberè fiant, earum proſequutionem ſive proceſſum nullus impedire præſumat: Illum quoque dimittimus & refutamus abuſum, quem in occupandis bonis decedentium Prælatorum, aut etiam Eccleſiarum vacantium noſtri conſueverunt Anteceſſores committere pro motu propriæ voluntatis: Omnia verò ſpiritualia Vobis, & aliis Eccleſiarum Prę-latis relinquimus liberè diſponenda, ut quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo recta diſtributione reddantur. Super eradicando autem hæreticę pravitatis errore auxilium dabimus & operam efficacem. Poſſeſſiones etiam, quas Romana Eccleſia recuperavit ab Anteceſſoribus noſtris, ſeu quibuslibet aliis antè detentas, liberas & quietas ſibi dimittimus, & ipſam ad eas obtinendas bona fide promittimus adjuvare; quas verò nondum recuperavit, ad recuperandum erimus pro viribus adjutores, & quæcunque ad manus noſtras devenient ſine difficultate, ac mora ei reſtituere ſatagemus. Ad has pertinet tota terra, quę eſt a Radicofano uſque Ceperanum, Marchia Anconitana, Ducatus Spoletanus, Terra Comitiſſæ Mathildis, Comitatus Brittenorii, Exarchatus Ravennæ, Pentapolis, Maſſa Trabaria cum adjacentibus Terris, & omnibus aliis ad Romanam Eccleſiam pertinentibus, ut eas habeat Romana Eccleſia in perpetuum CUM OMNI JURISDICTIONE, DISTRICTU, ET HONORE SUO. Verumtamen cum ad recipiendum coronam Imperii, vel pro neceſſitatibus Eccleſiæ ab Apoſtolica Sede vocati venerimus DE MANDATO SUMMI PONTIFICIS, RECIPIEMUS PROCURATIONES SIVE FODRUM AB IPSIS. Omnia igitur ſupradicta, & quæcumque alia pertinent ad Romanam Eccleſiam DE VO-

VOLUNTATE, ET CONSCIENTIA, CONSILIO ET CONSENSU PRINCIPUM IMPERII liberè illi dimittimus, renunciamus, & restituimus, nec non ad omnem scrupulum removendum, prout melius valet, & efficacius intelligi, concedimus, conferimus, & donamus, ut sublata omnis contentionis & dissensionis materia, firma pax & plena concordia inter Ecclesiam & Imperium perseverent. Adjutores etiam erimus ad retinendum, & defendendum Ecclesiæ Romanæ Regnum Siciliæ cum omnibus ad ipsum spectantibus tam citra Pharum, quàm ultra; nec non Corsicam & Sardiniam, ac cætera jura, quæ ad eam pertinere noscuntur, tanquam devotus Filius & Catholicus Princeps. Ut autem hæc omnia memorata Sanctissimo Patri N. D. Innocentio Sacrosanctæ R. E. Summo Pontifici, ejusque Successoribus per Nos, & Nostros Successores Romanorum Reges, & Imperatores observentur, firmaque & inconvulsa semper permaneant, præsens privilegium conscriptum Majestatis nostræ aurea Bulla jussimus communiri.

Testes autem hi sunt. Sifridus Maguntinæ Sedis Archiepiscopus Apostolicæ Sedis Legatus, Eberhardus Salzburgensis Archiepiscopus, Conradus Ratisponensis Episcopus, Otto Wirzburgensis Episcopus, Manegoldus Pactavensis Episcopus, Engelhardus Zizensis, Otacharus Boemorum Rex, Ludovicus Dux Bavariæ, Liupoldus Dux Austriæ, & Stiriæ, Hermannus Lantgravius Thuringiæ, Comes Albertus de Eberstein, Comes Adolphus de Sowenbercg, Comes Burcardus de Mannesvel, Berardus de Dets, Comes Lodovicus de Wirtemberch, Gebeardus Burcravius Meigdeburgensis, Hainricus de Stahelberch, Walterius de Lagemberch, Hainricus de Chalandina Marescalcus Imperii, Walterus de Siph Pincerna Imperii, & alii quamplures.

Si-

Signum Domini Frederici II. Romanorum Regis invictiſſimi, & Regis Siciliæ. Ego Conradus, Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Metenſis, & Spirenſis Epiſcopus, Imperialis Aulæ Cancellarius, vice Domini Sifridi Maguntini Archiepiſcopi, & Apoſtolicæ Sedis Legati, ac totius Germaniæ Archicancellarii recognovi. Acta ſunt hæc anno Domini noſtri Jeſu Chriſti MCCXIII. Indictione prima, Regnante Domino Friderico II. Romanorum Rege glorioſo, & Rege Sicilię, anno Regni ejus Romani primo, Regni verò ejus Siciliæ XVI.

Datum apud Egram per manus Bertoldi de Niſſe Regalis Aulæ Protonotarii IV. Id. Julii.

In nomine Dei Æterni, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, Amen. Fredericus II. Divina favente clementia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, & Rex Sicilię. Regnum noſtrum tunc ſtabiliri confidimus &c. *ut ſupra pag.* 299.

In nomine Sanctæ, & individuæ Trinitatis, Amen. Ego Fredericus II. Dei gratia Romanorum Rex, & ſemper Auguſtus, & Rex Siciliæ. Tibi Domino meo Sanctiſſimo, ac Patri chariſſimo Innocentio Papæ III. tuiſque Succeſſoribus, & Eccleſiæ Romanæ, præſentibus ſubſcriptis Principibus Imperii, & Nobilibus, ſpondeo, polliceor, & promitto, & juro, quod omnes poſſeſſiones, honores, & jura Romanæ Eccleſiæ, pro poſſe meo bona fide protegam, & ſervabo. Poſſeſſiones autem, quas Eccleſia Romana recuperavit, liberas, & quietas ſibi dimittam, & ipſam ad eas retinendas bona fide juvabo: quas autem non dum recuperavit, adjutor ero ad recuperandum, & recuperatarum, ſecundùm poſſe meum, ero ſine fraude defenſor; & quæcunque ad manus meas devenient, ſine difficultate reſtituere procurabo. Ad has pertinet tota Terra, quæ eſt a Radicoſano uſque Ceperanum, Exarchatus Ravennæ, Pentapo-

tapolis, Marchia Anconitana, Ducatus Spoletanus, TERRA COMITISSÆ MATHILDIS, Comitatus Brittenorii, cum adjacentibus terris, expreſſis in multis Privlegiis Imperatorum a tempore Lodovici. Has omnes pro poſſe meo reſtituam, & quietè dimittam, CUM OMNI JURISDICTIONE, DISTRICTU, ET HONORE SUO. Verumtamen, cum ad recipiendam Coronam Imperii, vel pro neceſſitatibus Eccleſiæ ab Apoſtolica Sede vocatus acceſſero, DE MANDATO SUMMI PONTIFICIS accipiam procurationem ab eis. Adjutor etiam ero ad retinendum, & defendendum Eccleſiæ Romanæ Regnum Siciliæ. Tibi etiam Domino meo Innocentio Papæ, & Succeſſoribus tuis omnem obedientiam, & honorificentiam exhibebo, quam devoti, & Catholici Imperatores conſueverunt Sedi Apoſtolicæ exhibere, & ſi propter negotium meum Romanam Eccleſiam oportuerit incurrere guerram, ſubveniam ei, ſicut neceſſitas poſtulaverit, in expenſis. Omnia verò prædicta tàm juramento, quàm ſcripto firmabo, cum Imperii fuero coronam adeptus.

Principes autem Imperii, & Nobiles, quibus præſentibus juravi, hi ſunt. Evirhaldus Salzburgenſis Archiepiſcopus, Berardus Barenſis Archiepiſcopus, Mangoldus Patavienſis Epiſcopus, Engilhardus Nuemburgenſis Epiſcopus, Conradus Metenſis, & Spirenſis Epiſcopus Imperialis Aulæ Cancellarius, Luppoldus Dux Auſtriæ, & Stiriæ, Lodowicus Dux Bawariæ, Comes Albertus de Ewirtein, Henricus Mareſchalcus de Callindun, Gualterus Pincerna.

Actum in Capella in Caſtro Egræ, Anno Dominicę Incarnationis MCCXIII. IV. Idus Julii Indictionis primæ.

In nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis, Amen. Ego Fredericus II. Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, & Rex Siciliæ. Tibi Domino meo Sanctiſſimo, & Patri chariſſimo Honorio Papæ III. tuiſque Succeſſo-

ceſſoribus, & Eccleliæ Romanæ &c. *ut ſupra pag.* 302.

Prædicta quidem privilegia, & tenores juramentorum in Conſiſtorio Veſtro, Sanctiſſime Pater, & Domine Gregori Divina Providentia Papa X. aſſiſtentibus vobis Reverendis Patribus Joanne Portuenſi, Petro Tuſculano, Vicedomino Preneſtino, Bonaventura Albanenſi, Petro Oſtienſi Epiſcopis; Simone Sancti Martini in Montibus, Anchero Sanctæ Praxedis, Guillelmo Sancti Marci, Simone Tit. S. Cæciliæ Preſbyteris, Ottobono Sancti Adriani, Jacobo S. Mariæ in Coſmidin, Gotifredo Sancti Georgii ad Velum aureum, Uberto Sancti Euſtachii, & Matthæo S. Mariæ in Porticu Diaconis Cardinalibus, ac nobis in veſtra præſentia inibi conſtitutis, per venerabilem virum Othonem Sancti Guidonis Spirenſis Præpoſitum, Domini noſtri Rudolphi Regis Romanorum Illuſtris Cancellarium, & Procuratorem lecta, & propter nos ſupradictos Burclavium, & Comitem, qui nec literas, nec linguam latinam novimus, fideliter fuerunt expoſita. Idem quoque Cancellarius habens ab eodem Rege Rudolpho poteſtatem, & ſpeciale mandatum ſubſcripti tenoris, de noſtro conſilio, & aſſenſu, omnia, & ſingula in eiſdem Privilegiis, & juramentorum contenta tenoribus, ejuſdem Regis Rudolphi nomine ratificavit, rata, & firma ſe habere, ac ab aliis haberi velle profeſſus eſt, & eadem innovavit, ac denuò conceſſit.

Promiſit inſuper eodem nomine, ac juravit in animam ipſius Regis Rudolphi, quod ipſe Rex per ſe, vel per alium, ſeu alios non occupabit, nec invadet in totum, vel in partem terras Eccleſiæ Romanæ, aut terras vaſſallorum ejus, quas jure feudi, vel ſub cenſus, aut alterius præſtationis titulo, ſive alio quocumque modo tenent ab ipſa Eccleſia: nec eas, vel earum aliquam procurabit occupari per alium, ſeu alios, vel

inva-

invadi. Quin etiam nec ipsas, nec tenentes easdem, se, vel terras ipsas sibi ultro volentes subjicere, nec officium aliquod, aut dignitatem, vel quamcumque potestatem in terris eisdem, & specialiter in Civitate Romana, recipiet sub quocunque colore, sine vestra, vestrorumque Successorum licentia speciali, & si qui eas occupare, vel invadere tentarent, non solùm denegabit illis auxilium, consilium, & favorem publicum, & occultum; verùm etiam ad requisitionem vestram, dictorumve Successorum, adjutor erit contra illos in defendendis, & conservandis eisdem.

Item quod idem Rex Rudolphus, per se, vel per alium non offendet vassallos Ecclesiæ, & specialiter magnificum Principem Dominum Carolum Regem Siciliæ illustrem, seu hæredes ipsius: nec volentibus ipsum offendere præstabit consilium, auxilium, aut favorem, publicè, vel occultè: nec Regnum Siciliæ, quod idem Rex Carolus ab eadem Romana tenet Ecclesia, vel aliquam ejus partem occupabit, aut invadet per se, vel per alium; aut occupari, vel invadi procurabit; nec invadere, aut occupare tentantibus, præstabit auxilium, consilium, aut favorem, publicum, vel occultum. Alios etiam devotos Ecclesiæ, qui eidem adstiterunt contra prædictum Fredericum, hæredes, vel successores ipsius, propterea non gravabit; sed nihilominus favorabiliter prosequetur: vassallos autem suos, contra prædictorum aliquod facientes, pro posse bona fide compescet. Servabit præterea, & faciet omnia, & singula, quæ in canonibus positis LXIII. distinct. quorum quidem canonum alter, Ego Lodovicus; alter verò, Tibi Domino Papæ, incipit, continentur. Quodque idem Rex Rudolphus prædicta omnia, tam in privilegiis ipsis contenta, quàm alia inviolabiliter observabit, ac de præmissis omnibus, & singulis observan-

dis præstabit, tactis Sacrosanctis Evangeliis, corporaliter juramentum: & privilegia, per omnia, verbis tamen aliquibus competenter mutatis, prout facti qualitas exigit, similia suprascriptis continentia, & nihilominus plenè omnia alia, quæ præter privilegiorum præmissorum tenores superiùs exprimuntur; ac insuper ratificationem, confirmationem, innovationem, ac novam concessionem, omnium renuntiationum, dimissionum, promissionum, pollicitationum, sponsionum, concessionum, cessionum, & confirmationum, quas tam dictus Fredericus II. quàm alii Reges, & Imperatores Romani præcedentes eundem, Beato Petro Apostolorum Principi, Summis Pontificibus, qui pro tempore fuerunt, vel Ecclesiæ Romanæ prçstitisse noscuntur, præfato Apostolorum Principi, ac vobis Sanctissimo Patri ejus successori, cæterisque vestris Catholicis Successoribus, & Ecclesiæ Romanæ concedet, quandocumque per Sedem Apostolicam super hoc literis fuerit, vel Nuntio requisitus: & juramenta etiam præstabit, & literas super hujusmodi præstatione concedet, prout dicti Reges Romanorum præstiterunt, ac concesserunt. Postquam autem Romam, ad recipiendam unctionem, coronationem, seu Imperiale diadema pervenerit, ipsaque cçperit, præmissa omnia, & singula innovabit, seu de novo faciet; ac sine aliqua difficultate juramenta prçstabit, quæ Imperatores Romanorum hactenus prçstiterunt. Item quod dictus Rex Rudolphus bona fide, sine fraude, & malo ingenio procurabit, quod omnes Principes Alemanniæ laici promittent, & jurabunt, se bona fide curaturos, & facturos, quod præfatus Rex Rodulphus præmissa omnia, & singula inviolabiliter observabit; & si, quod absit, ipse Rex Rodulphus prædicta non servaret, iidem Principes in hoc ipsi aliquatenus non assistent.

San-

Sanctissimo in Christo Patri, & Domino Gregorio Sacrosanctæ, & universalis Ecclesię Summo Pontifici, Rudolphus Romanorum Rex semper Augustus, pedum oscula Beatorum.

Sanctitati Vestræ pręsentibus innotescat, quod ego devotus vester, & Ecclesiæ Romanę filius, honorabilem virum Othonem Prępositum Sancti Guidonis Spirensis, Regalis Aulæ meæ Cancellarium, meum Nuncium, & Procuratorem constituo, dans ei liberam potestatem, & speciale mandatum faciendi nomine meo Beato Petro Apostolo cœlestis Regni Clavigero, ac vobis ejus successori, cęterisque vestris canonicis successoribus, & Ecclesiæ Romanę confirmationes, concessiones, privilegia, juramenta, & cætera omnia, quæ mei Prędecessores Reges Romanorum fecisse noscuntur, seu invenientur; nec non & alia promittendi, seu faciendi, quæ vos, Sanctissime Pater, & Domine, sine demembratione Imperii secundùm Deum, & honestatem videritis expedire; & in animam meam jurandi, quod ea omnia, & singula rata habebo, & inviolabiliter observabo, nec contra ea per me, vel per alium publicè, vel occultè venire tentabo. Do etiam ei potestatem promittendi nomine meo, quod ego per me ipsum eadem faciam, & promittam, atque jurabo quandocumque per vos literis, vel Nuncio fuero requisitus. Et super his omnibus patentes literas meas dabo, aurea Bulla, typario Regiæ Majestatis impressa, bullatas. Do præterea eidem Cancellario potestatem, & speciale mandatum dandi super omnibus præmissis, & singulis patentes literas, seu publicum Instrumentum, & omnia faciendi, quę in præmissis, & circa præmissa fuerint necessaria, vel etiam opportuna, etiam si mandatum exigerent speciale. In cujus rei testimonium, præsentem procurationem fieri feci, & mei sigilli muni-

Hoc mandatum in forma authentica extat etiam seorsim ab hoc Instrumento in Archivo Castri S. Angeli.

nimine roboravi. Datum Rotemburch anno Domini MCCLXXIV. in craſtinum Dominicæ, qua cantatur: Quaſi modò geniti; Regni noſtri anno primo.

Nos itaque memorati Archiepiſcopi, & Epiſcopi omnia præmiſſa, quæ per eundem Cancellarium acta ſunt, de noſtro, ut præmittitur, conſilio, & aſſenſu, habentes rata, & firma, promittimus in verbo Sacerdotis, & Sacroſanctis Evangeliis coram poſitis: ac nos præfati Fredericus, & Comes, eiſdem Evangeliis tactis, promittimus, & juramus, nos bona fide curaturos, & facturos: quod idem Rex eadem omnia, & ſingula obſervabit plenariè: nec per ſe, nec per alium veniet contra ea, ſeu aliquod eorumdem. Et ſi quando, quod abſit, ſecus facere attentaret, nos in hoc aliquo modo non aſſiſtemus eidem.

Acta ſunt hæc Lugduni in prædicto Conſiſtorio, anno Domini MCCLXXIV. menſe Junii die martis ſexta menſis ejuſdem, Pontificatus veſtri anno III. Porrò ad certitudinem præſentium, & memoriam futurorum nos memorati Archiepiſcopi, Epiſcopi, Burclavius, & Comes, præſentes literas fieri fecimus, & noſtrorum ſigillorum unimine roborari.

Iſtrumento delle coſe fatte in Conciſtoro da Ottone Propoſito di Spira a nome di Ridolfo Rè de' Romani in tempo del Concilio di Lione.

In Nomine Domini, Amen.

Somm. num. 19. Ex Arch. Arcis S. Angel.

EGo Otho Sancti Guidonis Spirenſis Præpoſitus, Regiæ Aulæ Cancellarius, glorioſiſſimi Principis Domini mei Rudolphi, Dei gratia Regis Romanorum ſem-

ſemper Auguſti Procurator, & Nuntius, habens ab ipſo mandatum in forma ſubſcripta, præſenti ſcripto confiteor, me privilegia, nec non & juramenta claræ memoriæ Ottonis Quarti, & quondam Frederici II. Imperatorum tunc Regum Romanorum, non cancellata, non abolita, nec in aliqua ſui parte vitiata, ſed in prima ſui facie aureis Bullis Regum ipſorum, Regiæ Majeſtatis impreſſis typario, conſignata, diligenter inſpexiſſe, de verbo ad verbum legiſſe, ac in Theutonico idiomate propter infraſcriptos Nobiles expoſuiſſe in Conſiſtorio veſtro, Sanctiſſime Pater, & Domine Domine Gregori Papæ X. aſſiſtentibus vobis Reverendis Patribus, Joanne Portuenſi, Petro Tuſculano, Vicedomino Preneſtrino, Fratribus Bentivenga Albanenſi, Petro Oſtienſi Epiſcopis, Simone Tituli Sancti Martini in Montibus, Anchero Tit. S. Praxedis, Guillelmo Tit. S. Marci, Simone Tit. S. Cæciliæ Presbyteris, Ottobono S. Adriani, Jacobo S. Mariæ in Coſmedin, Gottifrido S. Georgii ad Velum aureum, Uberto S. Euſtachii, & Matthæo S. Mariæ in Porticu Diaconis Cardinalibus, & præſentibus inibi Venerabilibus Patribus Henrico Treverenſi, Guarnero Maguntinenſi, Engueberto Colonienſi, Conrado Magdeburgenſi, Giſelberto Bremenſi Archiepiſcopis, Conrado Argentinenſi, Leone Ratiſponenſi, Brunone Brixinenſi, Ottone Mindenſi, Frederico Merſeburgenſi, Guidone Miſnenſi, Joanne Kimenſi, Ildebrando Eiſtetenſi Epiſcopis, & Nobilibus Viris Frederico Burclavio de Nuremberch, ac Gottifredo Comite Seunenſi. Tenores autem prædictorum privilegiorum, & juramentorum, de verbo ab verbum tales ſunt.

Ego Otto &c. *ut ſupra pag.* 274.

In nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis. Otto IV. Divina favente Clementia Romanorum Rex, & ſemper Auguſtus. Recognſcentes ab eo &c. *ut ſupra pag.* 272.

In

ipſas, nec tenentes eaſdem, ſe vel terras ipſas ſibi ultrò volentes ſubjicere, NEC OFFICIUM ALIQUOD, AUT DIGNITATEM, VEL QUAMCUNQUE POTESTATEM IN TERRIS EISDEM, & SPECIALITER IN CIVITATE ROMANA RECIPIET, SUB QUOCUNQUE COLORE, SINE VESTRA, SEU SUCCESSORUM VESTRORUM LICENTIA SPECIALI; & ſi qui eas occupare, vel invadere tentarent, non ſolùm denegabit illis auxilium, conſilium, & favorem publicum, & occultum, verùm etiam ad requiſitionem veſtram, veſtrorumve Succeſſorum, adjutor erit contra illos in defendendis, & conſervandis eiſdem.

Item quod idem Rex Rudolphus, per ſe, vel per alium non offendet vaſſallos Eccleſiæ, & ſpecialiter magnificum Principem Dominum Carolum Regem Siciliæ illuſtrem, ſeu hæredes ipſius: nec volentibus ipſum offendere præſtabit conſilium, auxilium, aut favorem, publicè, vel occultè: nec Regnum Siciliæ, quod idem Rex Carolus ab eadem Romana tenet Eccleſia, vel aliquam ejus partem occupabit, aut invadet per ſe, vel per alium; aut occupari, vel invadi procurabit; nec invadere, aut occupare tentantibus, præſtabit auxilium, conſilium, aut favorem, publicum, vel occultum. Alios etiam devotos ipſius Eccleſiæ, qui eidem adſtiterunt contra prædictum Fredericum, hæredes, vel ſucceſſores ipſius, propterea non gravabit; ſed nihilominus favorabiliter proſequetur: vaſſallos autem ſuos, contra prædictorum aliquod facientes, pro poſſe bona fide compeſcet. Servabit præterea, & faciet omnia, & ſingula, quæ in canonibus poſitis LXIII. diſtinct. quorum quidem canonum alter, Ego Lodovicus; alter verò, Tibi Domino Papæ, incipit, continentur. Quodque idem Rex Rudolphus prædicta omnia, tam in privilegiis ipſis contenta, quàm alia inviolabiliter obſervabit, ac de præmiſſis omnibus, & ſingulis obſervandis,

dis, præſtabit, tactis corporaliter Sacroſanctis Evangeliis, corporaliter juramentum: & privilegia, per omnia, verbis tamen aliquibus competenter mutatis, prout facti qualitas exigit, ſimilia ſupraſcriptis continentia, & nihilominus plenè omnia alia, quæ præter privilegiorum præmiſſorum tenores ſuperiùs exprimuntur; ac inſuper ratificationem, confirmationem, innovationem, ac novam conceſſionem, omnium renuntiationum, dimiſſionum, promiſſionum, pollicitationum, ſponſionum, conceſſionum, ceſſionum, & confirmationum, quas tam dictus Fredericus II. quàm alii Reges, & Imperatores Romani præcedentes eundem, Beato Petro Apoſtolorum Principi, Summis Pontificibus, qui pro tempore fuerunt, vel Eccleſiæ Romanæ prçſtitiſſe noſcuntur, præfato Apoſtolorum Principi, ac vobis Sanctiſſimo Patri ejus ſucceſſori, cæteriſque Catholicis veſtris Succeſſionum, ceſſionum, confirmationum, & confeſſionum, quas tam dictus Fridericus II. quàm alii Reges, & Imp. vel Nuntio requiſitus: & juramenta etiam præſtabit, & literas ſuper hujuſmodi præſtatione concedet, prout dicti Reges Romanorum præſtiterunt, ac conceſſerunt. Poſtquam autem Romam, ad recipiendam unctionem, coronationem, ſeu Imperiale diadema pervenerit, ipſaque cçperit, præmiſſa omnia, & ſingula innovabit, ſeu de novo faciet; ac ſine aliqua difficultate juramenta prçſtabit, quæ Imperatores Romanorum hactenus prçſtiterunt. Item quod dictus Rex Rudolphus bona fide, ſine fraude, & malo ingenio procurabit, quod omnes Principes Alemanniæ laici promittent, & jurabunt, ſe bona fide curaturos, & facturos, quod præfatus Rex Rodulphus præmiſſa omnia, & ſingula inviolabiliter obſervabit; & ſi, quod abſit, ipſe Rex Rodulphus prædicta non ſervaret, iidem Principes in hoc ipſi aliquatenus non aſſiſtent.

San-

Sanctissimo in Christo Patri, & Domino suo D. Gregorio Sacrosanctæ, ac universalis Ecclesiæ Summo Pontifici, Rudolphus Romanorum Rex semper Augustus, pedum oscula Beatorum.

Sanctitati Vestræ prǫsentibus innotescat, quod ego devotus vester, & Ecclesiæ Romanæ filius honorabilem virum Othonem Prǫpositum Sancti Guidonis Spirensis, Regalis Aulæ meæ Cancellarium, meum Nuncium, & Procuratorem constituo, dans ei liberam potestatem, & speciale mandatum faciendi nomine meo Beato Petro Apostolo cœlestis Regni Clavigero, ac vobis ejus successori, cǫterisque vestris canonicis successoribus, & Ecclesiæ Romanǫ confirmationes, concessiones, privilegia, juramenta, & cætera omnia, quæ mei Prǫdecessores Reges Romanorum fecisse noscuntur, seu invenientur; nec non & alia promittendi, seu faciendi, quæ vos, Sanctissime Pater, & Domine, sine demembratione Imperii secundùm Deum, & honestatem videritis expedire; & in animam meam jurandi, quod ea omnia, & singula rata habebo, & inviolabiliter observabo, nec contra ea per me, vel per alium publicè, vel occultè venire tentabo. Do etiam ei potestatem promittendi nomine meo, quod ego per me ipsum eadem faciam, & promittam, atque jurabo quandocumque per vos literis, vel Nuncio fuero requisitus. Et super his omnibus patentes literas meas dabo, aurea Bulla, typario Regiæ Majestatis impressa, bullatas. Do præterea eidem Cancellario potestatem, & speciale mandatum dandi super omnibus præmissis, & singulis patentes literas, seu publicum Instrumentum, & omnia faciendi, quǫ in præmissis, & circa præmissa fuerint necessaria, vel etiam opportuna, etiam si mandatum exigerent speciale. In cujus rei testimonium, præsentem procurationem fieri feci, & mei sigilli mu-

 nimi-

nimine roboravi. Datum Rotemburch anno Domini MCCLXXIV. in craſtinum Dominicæ, qua cantatur: Quaſi modò geniti; Regni noſtri anno primo.

Acta ſunt hæc Lugduni in prædicto Conſiſtorio, anno Domini MCCLXXIV. menſe Junii die martis ſexta menſis ejuſdem, Pontificatus veſtri anno III. Porrò ad certitudinem præſentium, & memoriam futurorum de præmiſſis omnibus præſentes literas fieri feci, & mei ſigilli munimine roboravi.

Iſtru-

Istrumento di tutto ciò, che fece Ridolfo Rè de' Romani in Losanna avanti Gregorio X., quando confermò li privilegj da' suoi Antecessori concessi alla Romana Chiesa.

In nomine Domini, Amen.

Nos RUDOLPHUS Dei gratia Rex Romanorum semper Augustus.

Somm. num. 20. Ex Cod. Vat. num. 3980. & Regesto Authentico Nicolai III. in Arch. secr.

CONstituti in præsentia vestra, Beatissime Pater Domine GREGORI Divina providentia Papa X. in Consistorio vestro apud Lausannam, assistentibus vobis Reverendo cœtu Dominorum Cardinalium, videlicèt, Venerabilibus Patribus Dominis Petro Ostiensi Episcopo, Anchero Tituli Sanctæ Praxedis, Guillelmo Titulo Sancti Marci Presbyteris, Ottobono Sancti Adriani, Jacobo Sanctæ Mariæ in Cosmidin, Gottifrido Sancti Georgii ad Velum Aureum, Uberto Sancti Eustachii, & Matthæo Sanctæ Mariæ in Porticu, Diaconis Cardinalibus, recognoscimus, & fatemur quondam Ottonem Præpositum Sancti Guidonis Spirensis, Regiæ Aulæ Cancellarium habuisse à nobis mandatum, sigilli nostri munimine communitum, infrascripti tenoris, cujus auctoritate nostro nomine processit ad omnia infrascripta, quæ in literis inde confectis, & ejusdem Cancellarii sigillo signatis, quarum tenor de verbo ad verbum infrà subjicitur, seriosiùs continentur. Quæ quidem omnia, & singula dicta, sivè promissa, acta, seu gesta, per eundem Cancellarium, prout in eisdem literis, & tenore pleniùs exprimitur,

mitur, recognoſcimus, & fatemur, nomine noſtro, & de voluntate noſtrâ, dicta, promiſſa, acta, & geſta, eaque nihilominus acceptamus, ratificamus, rata, & firma volumus, & decernimus perpetuò permanere; ac inſuper, prout idem Cancellarius promiſit, ea omnia, & ſingula confirmamus, innovamus, & de novo concedimus. Et vobis, Sanctiſſime Pater Summe Pontifex, pro Romana Eccleſia vobis, veſtriſque Succeſſoribus recipientibus, ea omnia, & ſingula promittimus ſtipulatione ſolemni, bonâ fide nos in perpetuum, & inviolabiliter ſervaturos, & contra ea, vel eorum aliquod per nos, vel per alium nullo unquam tempore, vel modo venturos, ipſa nihilominus, proprio præſtito corporali juramento, firmantes. Statuimus præterea Regali auctoritate, atque decernimus, ut idem tenor inſertus præſentibus, eaſdem per omnia vires habeat, & obtineat, quas habent, & obtinent ipſæ literæ principales; ita quòd ſi forſan ipſas principales literas contingeret quomodolibet deperire, dictus tenor perinde vim, & robur obtineat, & in omnibus, & per omnia fidem faciat, ſicut ipſæ principales literæ facerent in ſua prima figura, & integritate manentes, lege, ſeu conſtitutione aliqua non obſtante. Tenor autem prædictus de verbo ad verbum per omnia talis eſt. In Nomine Domini, Amen. Ego OTHO Sancti Guidonis Spirenſis &c. *Inſcritur totum Inſtrumentum, ut ſupra pag. 324. & ſequenti, quo abſoluta ſequitur.*

Ut autem hæc omnia vobis memorato Sanctiſſimo Patri noſtro Domino Gregorio Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Summo Pontifici, veſtriſque ſucceſſoribus per nos, & noſtros ſucceſſores Romanos Reges, & Imperatores obſerventur, firmaque ſemper, & inconvulſa permaneant, præſens ſcriptum noſtro juſſimus ſigillo cereo communiri. Promittentes nihilominus aliud de verbo

ad

ad verbum, & per omnia ſimile, aureâ Bulla, typario noſtræ Majeſtatis impreſſa, munitum infra tempus coronationis noſtræ Vobis, & Sedi Apoſtolicæ ſine difficultate qualibet exhibere. Teſtes hi ſunt. Ademarus Lugdunenſis, Bonifatius Ravennas, Odo Biſuntinus, & Jacobus Ebredunenſis Archiepiſcopi, Stephanus Pariſienſis, Henricus Baſilienſis, Joannes Leodienſis, Amedeus Valentinenſis Epiſcopi, Ludovicus Comes Palatinus Rheni Dux Bowariæ, Philippus Dominus Karinthiæ, Conradus Dominus de Tekke, Henricus Marchio de Batslerch, Fridericus Burgravius de Heremberch, Henico, & Fridericus Comites de Lmingen, Albertus, & Burchardus Comites de Hohenberch, Theobaldus Comes de Pherreto, Ebhardus Comes de Karnellenbogen, Gibertus Langravius Alſatiæ inferioris, Henricus Comes de Uriburch, Mangoldus Comes de Nellemburch, Eberhardus Comes de Habesburch, Hermannus Comes de Sulz, Ludovicus Comes de Honberch, Gottifredus Comes de Leuſten, Cunradus nobilis de Warcemberch, Ebrhardus nobilis de Ruphe, Renhardus nobilis de Anawe Comes de Rukekelle. Acta ſunt hæc anno Domini MCCLXXV. Indictione III. Regni noſtri Anno III.

In nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis. Ego Rudolphus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus. Vobis Domino meo Sanctiſſimo, & Patri chariſſimo Gregorio Divina Providentia Papæ X. veſtriſque ſucceſſoribus; præſentibus ſubſcriptis Prælatis, Principibus, & Nobilibus Imperii, ſpondeo, polliceor, & promitto, & juro, quòd omnes poſſeſſiones, honores, & jura Romanæ Eccleſiæ pro poſſe meo bonâ fide protegam, & ſervabo. Poſſeſſiones autem, quas Eccleſia Romana recuperavit, liberas, & quietas ſibi dimittam, & ipſam ad eas retinendas bona fide juvabo. Quas autem nondum recuperavit, adjutor ero ad recuperandum,

& re-

& recuperatarum secundùm posse meum ero sine fraude defensor: & quæcumque ad manus meas devenient, sine difficultate restituere procurabo: Ad has pertinet tota Terra, quæ est à Radicofano usque ad Ceperanum, Exarchatus Ravennæ, Pentapolis, Marchia Anconitana, Ducatus Spoletanus, TERRA COMITISSÆ MATILDIS, Comitatus Britenorii cum aliis adjacentibus Terris expressis in multis privilegiis Imperatorum à tempore Ludovici. Has omnes pro posse meo restituam, & quietè dimittam CUM OMNI JURISDICTIONE, DISTRICTU, ET HONORE SUO: Verumtamen CUM AD RECIPIENDUM CORONAM IMPERII, VEL PRO NECESSITATIBUS ECCLESIÆ AB APOSTOLICA SEDE VOCATUS ACCESSERO, DE MANDATO SUMMI PONTIFICIS ACCIPIAM PROCURATIONES AB EIS. Adjutor etiam ero ad retinendum, & defendendum Ecclesiæ Romanæ Regnum Siciliæ: Vobis etiam Domino meo Gregorio Papæ, & Successoribus vestris omnem obedientiam, & honorificentiam exhibebo, quam devoti, & Catholici Imperatores consueverunt Sedi Apostolicæ exhibere. Et si propter negocium meum Romanam Ecclesiam oportuerit incurrere guerram, subveniam ei, sicut necessitas postulaverit, in expensis. Omnia verò prædicta tam juramento, quàm scripto firmabo, quum Imperii fuero coronam adeptus. Præter Reverendum autem cœtum Dominorum Cardinalium, videlicet, Venerabiles Patres, Petrum Ostiensem Episcopum, Ancherum Tit. S. Praxedis, Willelmum Tit. Sancti Marci Presbyteros, Ottobonum Sancti Adriani, Jacobum Sanctæ Mariæ in Cosmedin, Gottifredum Sancti Georgii ad Velum Aureum, & Matthæum Sanctæ Mariæ in Porticu Diaconos Cardinales, qui vobis tunc temporis assistebant. Prælati, Principes, & Nobiles Imperii, coram quibus juravi, hi sunt. Ademarus Lugdunensis, Odo Mediolanensis, Bonifacius Ravennas, Jacobus Ebredunensis, Odo Bisun-

funtinus Archiepiſcopi: Joannes Leodienſis, Stephanus Pariſienſis, Rodulphus Conſtantienſis, Henricus Baſilienſis, Guillelmus Lauſanenſis, Henricus Tridentinus, Amedeus Valentinenſis, Raymundus Maſſilienſis, Aymo Gebennenſis, Alanus Siſtaricenſis Epiſcopi, Gerardus Electus Virdunenſis, Ludovicus Comes Palatinus Rheni Dux Bawariæ, Fridericus Dux Lotharingiæ, Conradus Dominus de Tekke, Fridericus Burgravius de Nuremberch, Albertus, & Burchardus Comites de Hohenberch, Enico, & Fridericus Comites de Liningen, Eberhardus Comes de Karrenellenbogen, Sigebertus Comes de Werde, Tibaldus Comes de Phirreto, Henricus Comes de Uriburch, Ludovicus Comes de Honberch, Hermannus Comes de Sulz, Mangoldus Comes de Nellemburch, & Eberhardus Comes de Habesburch. Ut autem hæc omnia vobis memorato Sanctiſſimo Patri noſtro Domino Gregorio Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Summo Pontifici, veſtriſque ſucceſſoribus per nos, & noſtros ſucceſſores Romanorum Reges, & Imperatores obſerventur, firmaque ſemper, & inconvulſa permaneant, præſens ſcriptum noſtro juſſimus ſigillo cereo communiri: promittentes nihilominùs aliud de verbo ad verbum, & per omnia ſimile aurea Bulla, typario noſtræ Majeſtatis impreſſa, munitum, infrà tempus coronationis noſtræ Vobis, & Sedi Apoſtolicæ ſine difficultate qualibet exhibere. Actum in Eccleſia Lauſanenſi Anno Domini MCCLXXV. Indictione III. XIII. Kal. Novembris Regni mei Anno III.

Autographum hujus Diplomatis extat ſeorſim ab hoc Inſtrumẽto in Archiv. Arc. S. Ang.

In Nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis. Rudolphus Divinâ favente Clementia Romanorum Rex ſemper Auguſtus. Ab eo ſolo, per quem Reges regnant, & potentes ſcribunt juſtitiam, recognoſcentes inæſtimabilem noſtræ promotionis gratiam, qui Regali jam in nobis culmine conſummato, nos ad obtinendum Imperialis glo-

gloriæ Solium ſua ſola pietate diſponens, ut non ſolùm cum Principibus ſedeamus, ſed ut illis præſideamus, erexit; Sanctæque Matris Eccleſiæ, ac veſtra, Pater Reverendiſſime Domine Gregori Divina Providentia Papæ X. univerſa beneficia, quibus nos in benedictione dulcedinis prævenistis, felicibus ejuſdem promotionis noſtræ auſpiciis multiplicibus concurrendo favoribus, & ipſam favorabilis proſecutionis auxiliis confovendo, attentâ ſollicitudine recenſentes, reddimur corde ſolliciti, cogimur cogitare profundiùs, qua tantæ dignationis gratiam, dignè ſaltem, prout humana inſufficientia ſufficit, gratitudine proſequamur. Illi ergo, à quo cuncta procedere novimus, & humilitèr confitemur, quod ab eo recepimus, offerentes ejus, & Apoſtolicæ Sedis, ac veſtris obſequiis, nos quicquid poſſumus, quicquid ſumus, in perpetuum humili voto, & incommutabili propoſito devovemus: vobiſque, Beatiſſime Pater, & omnibus Succeſſoribus veſtris Catholicis, ac eidem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ſpeciali Matri noſtræ omnem obedientiam, honorificentiam, atquè reverentiam ſemper humili corde, ac devoto ſpiritu impendemus, quàm Prædeceſſores noſtri Reges, & Imperatores Catholici veſtris Prædeceſſoribus impendiſſe noſcuntur; nihil exinde volentes minui, ſed magis augeri, ut noſtra magis devotio eniteſcat. Illum igitur abolere volentes abuſum, quem interdum quidam Prædeceſſorum noſtrorum exercuiſſe noſcuntur, & dicuntur in electionibus Prælatorum, concedimus, & ſancimus, ut electiones Prælatorum liberè, & canonicè fiant, quatenùs ille præficiatur Eccleſiæ viduatæ, quem totum Capitulum, vel major, & ſanior pars ipſius duxerit eligendum: dummodo nihil deſit de canonicis inſtitutis: Appellationes autem in negociis, & cauſis Eccleſiaſticis ad Apoſtolicam Sedem liberè fiant, earumque proſequutionem, ſivè proceſſum nul-

nullus impedire præſumat: Illum quoque dimittimus, & refutamus abuſum, quem in occupandis bonis decedentium Prælatorum, aut etiam Eccleſiarum vacantium noſtri conſueverunt Anteceſſores committere pro motu propriæ voluntatis: Omnia verò ſpiritualia vobis, & aliis Eccleſiarum Prælatis relinquimus liberè diſponenda, ut quæ ſunt Cœſaris Cœſari, & quæ ſunt Dei Deo recta diſtributione reddantur. Super eradicando autem hæreticæ pravitatis errore auxilium dabimus, & operam efficacem.

Poſſeſſiones etiam, quas Eccleſia Romana recuperavit ab Anteceſſoribus noſtris, ſeu quibuslibet aliis ante detentas, liberas, & quietas ſibi dimittimus, & ipſam ad eas obtinendas bona fide promittimus adjuvare; Quas verò nondum recuperavit, ad recuperandum erimus pro viribus adjutores; & quæcumque ad manus noſtras devenient, ſine difficultate, ac mora ei reſtituere ſatagemus. Ad has pertinet tota terra, quæ eſt à Radicoſano uſque ad Ceperanum, Marchia Anconitana, Ducatus Spoletanus, Terra Comitissæ Matildis, Comitatus Britinorii, Exarchatus Ravennæ, Pentapolis cum aliis adjacentibus Terris, & omnibus aliis ad Romanam Eccleſiam pertinentibus, ut eas habeat Romana Eccleſia in perpetuum cum omni jurisdictione, districtu, et honore suo. Verumtamen cum ad recipiendum Coronam Imperii, vel pro necessitatibus Ecclesiæ ab Apostolica Sede vocati venerimus, de mandato Summi Pontificis, recipiemus procurationes, sive fodrum ab ipsis. Omnia igitur ſupradicta, & quæcumque alia pertinent ad Romanam Eccleſiam, de voluntate, conſcientia, conſilio, & conſenſu Principum Imperii, liberè illi dimittimus, renuntiamus, & reſtituimus: nec non ad omnem ſcrupulum removendum, prout melius valet, & efficaciùs intelligi, concedimus, conſerimus, & donamus, ut

sublata omnis contentionis, & dissensionis materia, firma pax, & plena concordia inter Ecclesiam, & Imperium perseverent. Adjutores erimus ad retinendum, & defendendum Ecclesiæ Romanæ Regnum Siciliæ, cum omnibus ad ipsum spectantibus tam citra Farum, quàm ultra: nec non Corsicam, & Sardiniam, ac cætera jura, quæ ad eam pertinere noscuntur, tanquam devotus filius, & Catholicus Princeps. Promittimus quoque Beato Petro cœlestis Regni clavigero, ac vobis Patri Sanctissimo, ipsius Beati Petri, cæterisque vestris Successoribus, & eidem Ecclesiæ Romanæ, quòd per nos, vel per alium, seu alios non occupabimus, nec invademus in totum, vel in partem aliquas Terras ipsius Ecclesiæ Romanæ, aut Vassallorum ejus, quas jure feudi, vel sub census, seu alterius præstationis titulo, sivè alio quocumque modo tenent ab ipsa Ecclesia: nec eas, vel earum aliquam procurabimus occupari per alium, seu alios, vel invadi. Quin etiam nec ipsas, nec tenentes easdem, se, vel Terras ipsas nobis ultrò volentes subjicere; NEC OFFICIUM ALIQUOD, AUT DIGNITATEM, VEL QUAMCUMQUE POTESTATEM IN TERRIS EISDEM, ET SPECIALITER IN CIVITATE ROMANA, RECIPIEMUS SUB QUOCUMQUE COLORE, SINE VESTRA, SEU SUCCESSORUM VESTRORUM LICENTIA SPECIALI. Et si qui eas occupare, vel invadere tentarent, non solùm denegabimus illis auxilium, consilium, & favorem publicum, & occultum, verùm etiam ad requisitionem vestram, vestrorumve Successorum, adjutores erimus contra illos in defendendis, & conservandis eisdem.

Nec offendemus per nos, vel per alium Vassallos Ecclesiæ ipsius, & specialiter Magnificum Principem Dominum Carolum Regem Siciliæ Illustrem, seu hæredes ipsius, nec volentibus ipsum offendere præstabimus auxilium, consilium, vel favorem publicè, vel occultè.

Nec

Nec Regnum Siciliæ, quod idem Rex Carolus ab eadem Romana tenet Ecclesia, vel aliquam ejus partem occupabimus, aut invademus, per nos, vel per alium, aut occupari, vel invadi procurabimus, nec invadere, aut occupare tentantibus præstabimus publicum, vel occultum auxilium, consilium, aut favorem. Alios etiam devotos ipsius Ecclesiæ, qui eidem Ecclesiæ astiterunt contra quondam Fridericum olim Romanorum Imperatorem, hæredes, aut successores ipsius, propterea non gravabimus, sed nihilominus favorabiliter prosequemur. Vassallos autem nostros, contra prædictorum aliquod facientes, compescemus pro viribus bona fide. Servabimus præterea, & faciemus omnia, & singula, quæ in Canonibus positis LXIII. distinctione, quorum quidem Canonum alter, Ego Ludovicus; alter verò, Tibi Domino Papæ, incipit, continentur. Postquam autem Romam ad recipiendam unctionem, coronationem, & Imperiale Diadema pervenerimus, ipsaque perceperimus, præmissa omnia, & singula innovabimus, seu de novo faciemus, & sine aliqua difficultate juramenta præstabimus, quæ Imperatores Romanorum hactenus præstiterunt.

Promittimus insuper, quòd bona fide sine fraude, ac malo ingenio procurabimus, quòd omnes Principes Alemanniæ Laici promittent, & jurabunt, se bona fide curaturos, & facturos, quòd nos præmissa omnia, & singula inviolabiliter observemus; & si, quod absit, eadem non servaremus, ipsi Principes nobis in hoc aliquatenus non assistent. Ut autem hæc omnia vobis memorato Sanctissimo Patri nostro Domino Gregorio Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Summo Pontifici, vestrisque Successoribus per nos, & nostros Successores Romanorum Reges, & Imperatores observentur, firmaque semper, & inconvulsa permaneant, præsens privilegium

conscriptum nostro jussimus sigillo cereo communiri: promittentes nihilominus aliud de verbo ad verbum, & per omnia simile, aurea Bulla, typario nostræ Majestatis impressa, munitum, infra tempus coronationis nostræ, vobis, & Sedi Apostolicæ sine difficultate qualibet exhibere.

Testes hi sunt Ademarus Lugdunensis, Bonifacius Ravennas, Odo Bisuntinus, & Jacobus Ebredunensis Archiepiscopi, Stephanus Parisiensis, Henricus Basiliensis, Joannes Leodiensis, & Amedeus Valentinensis Episcopi, Ludowicus Comes Palatinus Reni, Dux Bowariæ, Philippus Dominus Karinthiæ, Cunradus Dominus de Tukke, Henricus Marchio de Batslerch, Fredericus Burgravius de Nuremberch, Henicho, & Fredericus Comites de Levingen, Albertus, & Burchardus Comites de Hohenberch, Theobaldus Comes de Pherreto, Ebhardus Comes de Karrenellenbogen, Gibertus Langravius Alsatiæ inferioris, Henricus Comes de Uriburch, Mangoldus Comes de Nellemburch, Eberardus Comes de Habesburch, Hermannus Comes de Sulz, Ludowicus Comes de Honberch, Gottifredus Comes de Leustein, Conradus Nobilis de Wartemberch, Ebhardus Nobilis de * Luphe, & Reinhardus Nobilis de Hanawe Comes de Buchekke. Acta sunt hæc Anno Domini MCCLXXV. Indictione IV. Regnante Domino Rudolpho Romanorum Rege glorioso Regni ejus Anno III. Signum D. Rudolphi Romanorum Regis invictissimi. Datum Lausannæ per manum Henrici Episcopi Tridentini Regalis Aulæ Protonotarii duodecimo Kalendas Novembris.

* *In aliis Instrumentis scribitur* Ruphe.

In Nomine Domini, Amen. Nos Rudolphus, Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus. Patentes literas Principum Imperii subscripti tenoris, non abolitas, non cancellatas, nec vitiatas in aliqua sui parte, sed in pri-

primâ sui figura, sigillis eorundem Principum pendentibus consignatas, inspici fecimus diligenter, & de verbo ad verbum ad perpetuam rei memoriam præsentibus annotari; auctoritate Regia decernentes, ut idem tenor ipsarum insertus præsentibus easdem per omnia vires habeat, & obtineat, quas habent, & obtinent ipsæ literæ principales, ita quòd si forsan ipsas principales literas quomodolibet contingeret deperire, dictus tenor perindè vim, & robur obtineat, in omnibus, & per omnia fidem faciat, sicut ipsæ principales literæ facerent, in sua prima figura, & integritate manentes, lege, seu constitutione aliquâ non obstante. Tenor autem prædictus per omnia talis est:

Nos Principes Imperii &c. *ut supra pag.* 288.

In cujus rei testimonium præsentes literas fieri fecimus, & sigillo, typario Regiæ potestatis impresso, muniri. Datum Lausannæ XII. Kal. Novembris Anno Domini MCCLXXV. Indictione III. Regni nostri Anno III.

Cin-

riosissimi, & Illustrissimi Principis Domini mei Rudolphi Dei gratia Regis Romanorum semper Augusti Procurator, & Nuntius, habens ab ipso potestatem, & mandatum in forma subscripta, constitutus in præsentia vestra, Beatissime Pater Domine Nicolae Divina providentia Papa III. in Consistorio vestro, in Papali Palatio apud Sanctum Petrum in Urbe Romana, assistentibus vobis Reverendo cœtu Dominorum Cardinalium, videlicèt, Venerabilibus Patribus, Domino Ordono Tusculanensi, Bentevenga Albanensi, & Latino Ostiensi, & Velletrensi Episcopis; Anchero Tituli Sanctæ Praxedis, Guillelmo Tituli Sancti Marci, & Gerardo Tit. Basilicæ Duodecim Apostolorum, Presbyteris, Jacobo Sanctæ Mariæ in Cosmedin, Gottifredo Sancti Georgii ad Velum Aureum, Matthæo S. Mariæ in Porticu, Jordano S. Eustachii, & Jacobo S. Mariæ in Via lata Diaconis Cardinalibus. Recognosco, & confiteor, quondam Ottonem Præpositum Ecclesiæ Sancti Guidonis Spirensis, Regiæ Aulæ Cancellarium, habuisse à prædicto Serenissimo Principe Domino Rudolpho Dei gratia Rege Romanorum semper Augusto mandatum, sigilli sui munimine communitum, infrascripti tenoris; cujus auctoritate, nomine ejusdem Domini Regis coram piæ memoriæ Domino Gregorio Papa X. astantibus sibi felicis recordationis Domino Innocentio V. tunc Petro Ostiensi, & Velletrensi Episcopo, Adriano V. tunc Ottobono Sancti Adriani Diacono Cardinali, & Domino Joanne XXI. tunc Petro Episcopo Tusculano, Romanis Pontificibus, & bonæ memoriæ Joanne Portuensi, Vicedomino Prænestino, & Fratre Bonaventura Albanensi Episcopis, Simone Tituli Sancti Martini Presbytero, & Uberto Sancti Eustachii Diacono, Cardinalibus, ac Reverendis Patribus prædictis Dominis Anchero Tituli Sanctæ Praxedis, Guillelmo Tituli Sancti Marci, Simone Tit. S. Cæciliæ Presbyteris, Jacobo Sanctæ

ctæ Mariæ in Cosmedin, Gottifredo Sancti Georgii ad Velum Aureum, & Matthæo Sanctæ Mariæ in Porticu Diaconis Cardinalibus; & præsentibus inibi Venerabilibus Patribus Henrico Treverensi, Guarnerio Maguntino, Engueberto Coloniensi, Conrado Magdeburgensi, & Giselberto Bremensi Archiepiscopis, Conrado Argentinensi, Leone Ratisponensi, Brunone Brixiensi, Ottone Mindensi, Frederico Merseburgensi, Widegone Misnensi, Joanne Kimensi, Ildebrando Eistetensi Episcopis, & Nobilibus Viris, Frederico Burclavio de Nuremberch, & Gottifrido Comite Seunensi, processit ad omnia infrascripta, quæ in literis inde confectis, & ejusdem Cancellarii sigillo signatis, quarum tenor de verbo ad verbum infrà subjicitur, seriosiùs continentur.

Quæ quidem omnia, & singula dicta, promissa, recognita, innovata, concessa, acta, seu gesta, ratificata, confirmata, sive jurata per eundem Cancellarium, prout in eisdem literis, & tenore pleniùs exprimitur, ejusdem Domini Regis nomine, & pro ipso distinctè, liberè, & expresè recognosco, ratifico, approbo, innovo, & nihilominùs ea omnia, & singula de novo dono, atque concedo Beato Petro Cœlestis Regni Clavigero, ac vobis, Pater Sanctissime, ejus successori, cæterisque vestris Successoribus, & Ecclesiæ Romanæ: & ad Domini mei Regis conscientiam serenandam, & ut prædicta omnia plenariè solidentur, stabiliantur, firmentur, compleantur, & perficiantur, revoco, casso, annullo, irrito, & omnibus viribus vacuo quidquid contrà prædicta, vel aliqua prædictorum, per ipsum Dominum Regem, seù per alios ejus Nuntios, vel Officiales, suo mandato, vel nomine, seu quemcumque alium, vel alios, quocumque modo, quacumque via factum esset, vel promissum, sive juratum; ac volo, & expresè consentio, quod per hoc nullum jus ipsi Domino meo Regi accrescat, vel in ali-

aliquo Ecclesiæ Romanæ depereat, tam circa possessionem, quàm circa proprietatem.

Consentio insuper, & concedo, quòd vos, Sanctissime Pater, & eadem Romana Ecclesia per vos, & per alios, nunc, & semper accipiatis, nanciscamini, intretis, & apprehendatis absque ulla ipsius Domini Regis, vel alterius requisitione, auctoritate, vel mandato obtentis, sive petitis, possessionem, & quasi omnium contentorum in prædictis privilegiis, confirmationibus, concessionibus, innovationibus, recognitionibus, donationibus, seu etiam juramentis, & omnium eorum, quæ pertinent ad prædicta. Et promitto, quòd ipse Dominus Rex per se, vel per alium, seu alios, non impediet vos, vel Nuntios vestros in prædictis, & quolibet prædictorum; sed potiùs in omnibus præfatis, tam adipiscendis, quàm tenendis, & habendis, suo posse perpetuò adjuvabit. Et ut hæc omnia plenam omnimodæ perfectionis, & solidationis habeant firmitatem, tactis Sacrosanctis Evangeliis, juro in animam prædicti Domini mei Regis, habens ab eo super hôc speciale mandatum, eumdem Dominum Regem prædicta omnia, & singula perpetuò inviolabiliter servaturum: & promitto, quòd idem Dominus Rex per se ipsum ea omnia, & singula faciet, promittet; stabiliet, plenè solidabit, firmabit, perficiet, atque jurabit, quandocunque per vos, & prædictam Ecclesiam literis, vel Nuntiis exstiterit requisitus. Prædictarum autem literarum ejusdem Cancellarii, & mei procuratorii super his habiti tenores de verbo ad verbum per omnia tales sunt.

In Nomine Domini. Amen.

Ego Otho &c. *Et inseritur Instrumentum editum pagina* 324. *usque ad totam paginam* 330. *quo absoluto, sequitur.*

Rudolphus Dei gratia Romanorum Rex semper

Augustus, Universis præsentes literas inspecturis gratiam suam, & omne bonum.

Extat authenticum diploma hujus mădati in Archivio Molis Adrianæ, etiam seorsim ab hoc instrumento.

Notum esse volumus per præsentes literas universis, quòd Nos devotus Ecclesiæ Romanæ Filius, recognoscentes beneficia, quæ nobis sunt ab ipso Deo, & ejus Vicario Papa Romano concessa, ratificamus, approbamus, innovamus, concedimus, & nihilominus de novo donamus Sanctissimo Patri nostro Domino Nicolao Papæ Tertio, & ipsi Romanæ Ecclesiæ Matri nostræ distinctè, liberè, plenariè, & expressè confirmationes, concessiones, privilegia, & cætera omnia, quæ nos hactenus fecimus, & nostri prædecessores Reges Romani, seu Imperatores confirmasse, concessisse, & fecisse noscuntur, seu invenientur. Et ad majorem prædictorum omnium firmitatem constituimus religiosum virum Fratrem Conradum Ministrum Fratrum Minorum superioris Alemanniæ, nostrum Nuntium, & specialem Procuratorem, dantes ei expressum, & speciale mandatum pro nobis, & nostro nomine recognoscendi, ratificandi, approbandi, innovandi, concedendi, & nihilominus de novo donandi omnia, & singula distinctè, liberè, & expressè, quæ facta, acta, promissa, dicta, confirmata, donata, sive concessa, recognita, seu etiam jurata fuerunt hactenus per bonæ memoriæ Ottonem Præpositum S. Guidonis Spirensis regalis Aulæ nostræ Cancellarium, seu per quoscumque alios, & per nos ipsos postmodum, felicis recordationis Domino Gregorio Papæ X., sive ipsi Domino Papæ, sive alii, seu aliis, ejus nomine, & Romanæ Ecclesiæ recipienti, vel recipientibus; & nos ipsi nihilominus ea omnia, & singula recognoscimus, ratificamus, approbamus, confirmamus, innovamus, concedimus, & de novo donamus. Et etiam ad nostram conscientiam serenandam revocamus, cassamus, annullamus, irritamus, & omnibus viribus vacuamus quidquid contra præ-

prædicta, vel aliqua prædictorum per nos, seu per alios nostros Nuntios, vel Officiales mandato nostro, vel nomine, seu quemcumque alium, vel alios quocumque modo, quacumque via factum esset, vel promissum, sive juratum; volentes, & consentientes expressè, quòd per hoc nullum jus nobis accrescat, vel in aliquo Ecclesiæ Romanæ depereat tam circa possessionem, quàm circa proprietatem.

Concedimus insuper, & consentimus, quòd Ecclesia Romana per se, & per alios accipiat, nanciscatur, intret, & apprehendat absque ulla nostra, vel alterius requisitione, auctoritate, vel mandato obtentis, sive petitis, possessionem, & quasi, omnium contentorum in prædictis privilegiis, confirmationibus, concessionibus, innovationibus, recognitionibus, donationibus, & juramentis, & omnium eorum, quæ pertinent ad prædicta: & promittimus, quòd nos per nos, vel per alium, seu alios non impediemus ipsam Ecclesiam, vel Nuntios ejus in prædictis, & quolibet prædictorum; sed eam in omnibus præfatis tam adipiscendis, quàm tenendis, & habendis nostro posse perpetuò juvabimus. Damus etiam ipsi Procuratori nostro specialem, generalem, & liberam potestatem plenariè stabiliendi, solidandi, firmandi, complendi, & perficiendi, ac jurandi omnia, & singula prædicta in animam nostram; ita quòd plenam omnimodæ perfectionis, & solidationis habeant firmitatem; & promittendi, quòd nos per nos ipsos eadem faciemus, promittemus, stabiliemus, plenè solidabimus, firmabimus, perficiemus, atque jurabimus quandocumque per ipsam Ecclesiam literis, vel Nuntiis fuerimus requisiti; & faciendi omnia, quæ in præmissis, & circa præmissa fuerint ipsi Ecclesiæ Romanæ utilia, necessaria, vel etiam opportuna, etiamsi mandatum exigant, vel exigerent speciale; promittentes nos ratum habituros, & firmum,

 quid-

quidquid per ipſum Procuratorem in omnibus, & ſingulis ſupradictis fuerit recognitum, ratificatum, approbatum, innovatum, conceſſum, donatum, firmatum, ſtabilitum, ſolidatum, completum, perſectum, atque juratum, actum ſive factum. In cujus rei teſtimonium, & prædictorum omnium firmitatem præſentes literas fieri fecimus, & noſtri ſigilli munimine roborari.

Datum Viennæ Anno Domini MCCLXXVIII. XIV. Kal. Februarii Regni noſtri Anno V.

Volo inſuper, & expreſsè conſentio, quòd iidem tenores inſerti præſentibus eaſdem per omnia vires habeant, & obtineant, quas habent, & obtinent ipſæ literæ principales. Ita quòd ſi forſan ipſas principales literas contingeret quomodolibet deperire, dicti tenores perindè vim, & robur obtineant, & in omnibus, & per omnia in judicio, vel extra judicium fidem faciant, ſicut ipſæ principales literæ facerent in ſua prima figura, & integritate manentes, lege, ſeu conſtitutione aliquâ non obſtante; & promitto, quòd prædictus Rex idem per omnia ſuâ regali auctoritate ſtatuet, & decernet. Porro ad certitudinem præſentium, & memoriam futurorum hæc omnia conſcribi, & in publicum inſtrumentum redigi per Magiſtrum Paulum de Reate Apoſtolica auctoritate Tabellionem ſubſcriptum feci, atque rogavi, & ſigillo commiſſæ mihi adminiſtrationis, quo utor ad præſens, munivi. Volo tamen, & expreſsè conſentio, quòd ſi dictum ſigillum quovis modo, vel caſu deperdi, frangi, vel deformari contigerit, nihilominus inſtrumentum ipſum in ſuo vigore permaneat, ac de ipſo ſigillo facta mentio non fuiſſet. Actum Romæ apud Sanctum Petrum in Conſiſtorio in prædicto Papali Palatio, præſentibus Venerabilibus Patribus Dominis Bonifacio Ravennate, & Joanne Barenſi Archiepiſcopis, Henrico Lunenſi, Orlando Narnienſi, Paparono Fulginatenſi, Orlando Maſſano,

ſano, ac Raymundo Maſſilienſi Epiſcopis; & honorabilibus Viris Domino Angelo de Vezzoſis Domini Papæ Camerario, Domino Petro Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Vicecancellario, Magiſtris Berardo de Neapoli, & Benedicto de Anagnia ejuſdem Domini Papæ Notariis, Magiſtro Paulo de Interamne Clerico, & Procuratore in audientia Curiæ Romanæ prædicti Domini Rudolphi Regis, ac Nobilibus Viris Dominis Urſo Curiæ Domini Papæ Mareſchalco, Adinolfo Comitis, & Petro Comitis, ac Nicolao Comitis Militibus de Urbe, & quampluribus aliis Clericis, & Laicis in multitudine numeroſa, Anno Domini MCCLXXVIII. quarto die menſis Maji Indictione ſexta, Pontificatus verò Domini Nicolai Papæ III. Anno Primo.

Ego Paulus de Reate Apoſtolica auctoritate, & nunc Cameræ Domini Papæ Notarius iis omnibus interſui, & de mandato ejuſdem Sanctiſſimi Patris Domini Nicolai, ac de rogatu ipſius Fratris Conradi ſcripſi, publicavi, & ſignum feci.

Loco ✝ ſigni.

Adeſt ſigillum pendens.

I I.

In Nomine Domini, Amen. Ego Frater Conradus Miniſter Fratrum Minorum ſuperioris Alemanniæ, glorioſiſſimi, & Illuſtriſſimi Principis Domini mei Rudolphi Dei gratia Regis Romanorum ſemper Auguſti Procurator, & Nuntius, habens ab ipſo poteſtatem, & mandatum in forma ſubſcripta, conſtitutus in præſentia veſtra, Beatiſſime Pater Domine Nicolae Divina providentia Papa III. in Conſiſtorio veſtro, in Papali Palatio apud Sanctum Petrum in Urbe Romana, aſſiſtentibus vobis Reverendo cœtu Dominorum Cardinalium, videlicèt,

Vene-

Venerabilibus Patribus, Domino Ordono Tusculanensi, Bentevenga Albanensi, & Latino Ostiensi, & Velletrensi Episcopis; Anchero Tituli Sanctæ Praxedis, Guillelmo Tituli Sancti Marci, & Gerardo Tit. Basilicæ Duodecim Apostolorum, Presbyteris, Jacobo Sanctæ Mariæ in Cosmedin, Gottefrido Sancti Georgii ad Velum Aureum, Matthæo S. Mariæ in Porticu, Jordano S. Eustachii, & Jacobo S. Mariæ in Via lata Diaconis Cardinalibus, recognosco, & fateor, quod idem Dominus meus Rex constitutus in præsentia piæ memoriæ Domini Gregorii Papæ X. in Consistorio suo apud Lausannam, assistentibus sibi Reverendo Cœtu Dominorum Cardinalium, videlicet, piæ memoriæ Domino Innocentio V., tunc Petro Ostiensi Episcopi, & Domino Adriano, tunc Ottobono Sancti Adriani Diacono Cardinali, Romanis Pontificibus, & bonæ memoriæ Domino Uberto Sancti Eustachii Diacono Cardinali, ac Reverendis Patribus Dominis Anchero Tituli Sanctæ Praxedis, Guillelmo Tituli Sancti Marci Presbyteris, Jacobo Sanctæ Mariæ in Cosmidin, Gottifrido S. Georgii ad Velum aureum, & Matthæo Sanctæ Mariæ in Porticu Diaconis Cardinalibus recognovit, & confessus est, quondam Ottonem Præpositum Sancti Guidonis Spirensis, Regiæ Aulæ Cancellarium, habuisse ab ipso Rege mandatum, sigilli sui munimine communitum, infrascripti tenoris; cujus auctoritate idem Cancellarius nomine ipsius Regis processit ad omnia infrascripta, quæ in literis inde confectis, & ejusdem Cancellarii sigillo signatis, quarum tenor de verbo ad verbum infrà subjicitur, seriosiùs continentur.

Quæquidem omnia, & singula dicta, sive promissa, acta, seu gesta, per eundem Cancellarium, prout in eisdem literis, & tenore pleniùs exprimitur, idem Rex recognovit, & confessus est nomine suo, & de volun-

lun-

luntate sua, dicta, promissa, acta, & gesta, eaque nihilominus acceptavit, ratificavit, & firma voluit, & decrevit perpetuò remanere; ac insuper, prout idem Cancellarius promisit, ea omnia, & singula confirmavit, innovavit, & de novo concessit; & ipsi Domino Gregorio pro Romana Ecclesia, sibi, suisque Successoribus recipienti, ea omnia, & singula promisit stipulatione solemni, bona fide se in perpetuum, & inviolabiliter servaturum, & contra ea, vel eorum aliquod, per se, vel per alium nullo unquam tempore, vel modo venturum, & ipsa nihilominus, proprio præstito corporaliter juramento, firmavit. Statuit prætereà Regali auctoritate, atque decrevit, ut tenor literarum ejusdem Cancellarii, literis ipsius Regis insertus, easdem per omnia vires habeat, & obtineat, quas habent, & obtinent ipsæ literæ principales; ita quod si forsan ipsas principales literas contingeret quomodolibet deperire, dictus tenor perinde vim, & robur obtineat, & in omnibus, & per omnia fidem faciat, sicut ipsæ principales literæ facerent, in sua prima figura, & integritate manentes, lege, seu constitutione aliqua non obstante; & ad certitudinem eorum, quæ tunc agebantur, & memoriam futurorum, de ipsis omnibus suas literas fieri fecit, & proprii sigilli munimine roborari; & ut ea omnia ipsi Domino Gregorio, suisque successoribus per ipsum Regem, & suos Successores Romanorum Reges, & Imperatores observarentur, firmaque semper, & inconvulsa permanerent, scriptum inde confectum jussit idem Rex suo sigillo cereo communiri. Promittens nihilominus aliud de verbo ad verbum, & per omnia simile, aurea Bulla, typario suæ Majestatis impressa, munitum infrà tempus suæ coronationis ipsi Domino Gregorio, & Sedi Apostolicæ sine difficultate qualibet exhibere, prout hæc omnia in literis ipsius Do-

tinent ad prædicta. Et promitto, quòd ipse Dominus Rex per se, vel per alium, seu alios non impediet vos, vel Nuntios vestros in prædictis, & quolibet prædictorum; sed potiùs in omnibus præfatis, tam adipiscendis, quàm tenendis, & habendis, suo posse perpetuò adjuvabit. Et ut hæc omnia plenam omnimodæ perfectionis, & solidationis habeant firmitatem, tactis Sacrosanctis Evangeliis, juro in animam prædicti Domini mei Regis, habens ab eo super hôc speciale mandatum, eumdem Dominum Regem prædicta omnia, & singula perpetuò inviolabiliter servaturum: & promitto, quòd idem Dominus Rex per se ipsum ea omnia, & singula faciet, promittet stabiliet, plenè solidabit, firmabit, perficiet, atque jurabit, quandocunque per vos, & prædictam Ecclesiam literis, vel Nuntiis extiterit requisitus. Prædictarum autem literarum ejusdem Cancellarii, & mei procuratorii super his habiti tenores de verbo ad verbum per omnia tales sunt.

In Nomine Domini Amen. Nos Rudolphus Dei gratia Rex Romanorum semper Augustus &c. Constituti, *ut supra pag.* 331. *usque ad lin.* 23. *pag.* 333. *&* *sequitur*.

Rodulphus Dei gratia &c. Notum esse volumus &c. *ut supra pag.*346. *& absoluto Roduphi mandato, sequitur*. Volo insuper, & consentio &c. *ut pag.* 348. *lin.*10. *usque ad finem, sine signo tamen, & sigillo pendenti*.

III.

Ex Cod. Vatic. ex Reg. Arch. secr.

In Nomine Domini, Amen. Ego Frater Conradus Minister Fratrum Minorum superioris Alamanniæ, gloriosissimi, & Illustrissimi Principis Domini mei Rudolphi Dei gratia Regis Romanorum semper Augusti Procurator, & Nuntius, habens ab ipso potestatem, &

 man-

mandatum in forma subscripta, constitutus in præsentia vestra, Beatissime Pater Domine Nicolae Divina Providentia Papa III. in Consistorio vestro, in Papali Palatio apud Sanctum Petrum in Urbe Romana, assistentibus vobis Reverendo cœtu Dominorum Cardinalium, videlicèt, Venerabilibus Patribus Dominis Ordono Tusculano, Bentevenga Albanensi, & Latino Ostiensi, & Velletrensi Episcopis, Anchero Tituli Sanctæ Praxedis, Guillelmo Tit. Sancti Marci, & Gerardo Basilicæ Duodecim Apostolorum Presbyteris, Jacobo Sanctæ Mariæ in Cosmedin, Gottifrido Sancti Georgii ad Velum aureum, Matthæo Sanctæ Mariæ in Porticu, Jordano S. Eustachii, & Jacobo Sanctæ Mariæ in Via lata Diaconis Cardinalibus, recognosco, & fateor, quod idem Dominus meus Rex constitutus in præsentia piæ memoriæ Domini Gregorii PP. X. omnia, & singula infrascripta recognovit, confessus est, obtulit, & devovit, concessit, dimisit, refutavit, reliquit, promisit, & statuit, expressit, renuntiavit, restituit, necnon ad omnem scrupulum removendum, sicut meliùs valet, & efficaciùs intelligi posset, contulit, & donavit ipsi Domino Gregorio, ejusque Successoribus, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Matri suæ, prout in ipsius Domini Regis literis, suo sigillo cereo communitis, expressius, ac seriosius continentur, quarum tenor de verbo ad verbum talis est.

In nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis. Rudolphus Divina favente gratia Romanorum Rex, semper Augustus &c. Ab eo solo &c. *ut supra pag.* 335. *&* *absoluto toto Instrumento, sequitur.*

Quæ quidem omnia, & singula supradicta, necnon & alia literis eisdem quocumque modo, quibuscumque verbis inserta, Ego prædictus Frater Conradus ejusdem Domini Regis nomine, & pro ipso habens

ab

ab eo expressum, & speciale mandatum, distinctè, liberè, & expressè, recognosco, ratifico, approbo &c. *ut supra pag.*344. §. Quæ quidem omnia. *lin.* 20. *usque ad pag.*345. *lin.* 26. *in illis verbis* extiterit requisitus; *& sequitur*. Tenor verò mei procuratorii super iis habiti, per omnia talis est. Rudolphus &c. *ut eadem pag.* 345. *lin. ultima*, *& sequitur usque ad finem Instrumenti*, *sine signo tamen*, *& sine sigillo*.

I V.

Ex Cod. Vatic. ex Reg Arch. secr.

In Nomine Domini, Amen. Ego Frater Conradus Minister Fratrum Minorum superioris Alamanniæ, gloriosissimi, & Illustrissimi Principis Domini mei Rudolphi Dei gratia Regis Romanorum semper Augusti Procurator, & Nuntius, habens ab ipso potestatem, & mandatum in formà subscripta, constitutus in præsentia vestra, Beatissime Pater Domine Nicolae Divina Providentia Papa III. in Consistorio vestro in Papali Palatio apud Sanctum Petrum in Urbe Romana, assistentibus vobis Reverendo cœtu Dominorum Cardinalium, videlicet, Venerabilibus Patribus, Dominis Ordono Tusculano, Bentevenga Albanensi, & Latino Ostiensi, & Velletrensi Episcopis; Anchero Tituli Sanctæ Praxedis, Guillelmo Tit. Sancti Marci, & Gerardo Basilicę Duodecim Apostolorum Presbyteris, Jacobo Sanctæ Mariæ in Cosmidin, Gottifrido Sancti Georgii ad Velum aureum, Matthæo Sanctæ Mariæ in Porticu, Jordano S. Eustachii, & Jacobo Sanctæ Mariæ in Via lata Diaconis Cardinalibus, recognosco, & fateor, quod idem Dominus meus Rex constitutus in præsentia piæ memoriæ Domini Gregorii PP. X. in Ecclesia Lausanensi, assistentibus sibi Reverendo cœtu Dominorum Cardinalium, videlicet, felicis recordationis Domino

 Inno-

Innocentio V. tunc Petro Ostiensi Episcopo, & Domino Adriano V. tunc Ottobono Sancti Adriani Diacono Cardinali, Romanis Pontificibus, & Reverendis Patribus, Dominis Anchero Tituli Sanctæ Praxedis, & Guillelmo Tit. Sancti Marci Presbyteris, Jacobo Sanctæ Mariæ in Cosmidin, Gottifrido Sancti Georgii in Velum aureum, & Matthæo Sanctæ Mariæ in Porticu Diaconis Cardinalibus, & præsentibus multis Prælatis, Principibus, & Nobilibus Imperii, ipsi Domino PP. suisque successoribus spopondit, pollicitus est, promisit, atque juravit omnia, & singula infrascripta, prout in ejusdem Regis literis suo sigillo cereo communitis, pleniùs, ac seriosius continentur, quarum tenor per omnia talis est.

In nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis &c. *ut supra pag.* 333. *lin.* 23. *usque ad lin.* 29. *pag.* 335., *& sequitur*.

Quæ omnia, & singula, ut præmittitur, per eundem Regem sponsa, pollicita, promissa, atque jurata, necnon, & alia literis eisdem quocumque modo, quibuscumque verbis inserta, Ego prædictus Frater Conradus ejusdem Domini Regis nomine, & pro ipso habens ab eo expressum, & speciale mandatum, liberè, distinctè, & expresè recognosco, ratifico, approbo &c. *ut supra pag.* 344. *lin.* 20. *cum omnibus, quæ sequuntur, sine signo tamen, & sine sigillo*.

V.

Ex Cod. Vatic. ex Reg. Arch. secr.

In nomine Domini Amen. Ego Fr. Conradus Minister Fratrum Minorum Superioris Alamanniæ gloriosissimi, & Illustrissimi Principis Domini mei Rudolphi Dei gratia Regis Romanorum semper Augusti Procurator, & Nuntius, habens ab ipso potestatem, & man-

mandatum in formâ subscripta, constitutus in præsentia vestra, Beatissime Pater Domine Nicolae Divina Providentia Papa III. in Consistorio vestro in Papali Palatio apud Sanctum Petrum in Urbe Romana, assistentibus vobis Reverendo cœtu Dominorum Cardinalium, videlicet, Venerabilibus Patribus, Dominis Ordono Tusculano, Bentevenga Albanensi, & Latino Ostiensi, & Velletrensi Episopis; Anchero Tituli Sanctæ Praxedis, Guillelmo Tit. Sancti Marci, & Gerardo Basilicę Duodecim Apostolorum Presbyteris, Jacobo Sanctæ Mariæ in Cosmidin, Gottifrido Sancti Georgii ad Velum aureum, Matthæo Sanctæ Mariæ in Porticu, Jordano S. Eustachii, & Jacobo Sanctæ Mariæ in Via lata Diaconis Cardinalibus, recognosco, & fateor, quod idem Dominus meus Rex patentes literas Principum Imperii non abolitas, non cancellatas, nec vitiatas in aliqua sui parte, sed in prima sui figura, sigillis eorumdem Principum tunc pendentibus, consignatas, fecit inspici diligenter, & de verbo ad verbum ad perpetuam rei memoriam suis literis annotari, decernens auctoritate Regia, ut tenor ipsarum literarum eorundem Principum, literis ipsius Regis insertus, easdem per omnia vires habeat, & obtineat, quas habent, & obtinent ipsæ literæ principales, ita quod, si dictas principales literas quomodolibet contingeret deperire, dictus tenor perinde vim, & robur obtineat, & in omnibus, & per omnia fidem faciat, sicut ipsæ principales literæ facerent, in prima sua figura, & integritate manentes, lege seu constitutione aliqua non obstante. Tenor autem literarum dicti Regis continens præfatum tenorem literarum ipsorum Principum, per omnia talis est.

In nomine Domini Amen. Nos Rudolphus &c.

ut

ut supra pag. 340. *usque ad finem*, *& sequitur*. Præmissa quidem per eundem Dominum Regem facta, annotata, & regia auctoritate decreta, nec non & alia literis eisdem prædicti Domini Regis quocumque modo, quibuscumque verbis inserta, Ego prædictus Frater Conradus præfati Domini Regis nomine, & pro ipso habens ab eo expressum, & speciale mandatum, distinctè, liberè, ac expresè recognosco, innovo, atque ratifico. Tenor verò mei Procuratorii super iis habiti per omnia talis est.

Rodulphus &c. *ut supra pag.* 345. *cum reliquis usque ad finem Instrumenti*, *sine signo tamen*, *& sigillo pendente*.

Diploma di Ridolfo Rè de' Romani, col quale ratifica tutto ciò, che aveva fatto Corrado Ministro dell'Ordine de' Minori avanti Niccola III. in confermazione degli atti fatti in Losanna dallo stesso Ridolfo in tempo di Gregorio X.

In nomine Domini, Amen.

Somm. num. 22. *Ex Arch. Castri S. Angeli*.

NOs Rudolphus Dei gratia Rex Romanorum semper Augustus ad æternam rei gestæ memoriam recognoscimus, & fatemur Religiosum virum Fratrem Conradum Ministrum Ordinis Fratrum Minorum superioris Alamanniæ habuisse a nobis mandatum, sigilli nostri munimine communitum, infrascripti tenoris, cujus mandati auctoritate nostro nomine processit coram vobis Sanctissimo Patre Domino Nicolao Papæ III. & Reverendo cœtu Dominorum Cardinalium, ac Prælato-

latorum, & aliorum Clericorum, & Laicorum multitudine copiosa, ad omnia infrascripta, quæ in literis inde confectis, quarum tenor infra subjicitur, seriosius continetur. Quæ quidem omnia, & singula per eumdem Fratrem Conradum recognita, ratificata, approbata, innovata, de novo donata, atque concessa, dicta, promissa, acta, seu gesta, confirmata, sive jurata, prout in eisdem literis, & tenore plenius exprimitur, recognoscimus, & fatemur nomine nostro, & de voluntate nostra recognita, ratificata, approbata, innovata, de novo donata, atque concessa, dicta, promissa, acta, seu gesta, confirmata, atque jurata, eaque nihilominus acceptamus, ratificamus, rata, & firma volumus, & decernimus permanere, ac insuper ea omnia, & singula confirmamus, innovamus, & nihilominus ipsa de novo concedimus, atque donamus; & ad nostram conscientiam serenandam, & ut prædicta omnia plenariè solidentur, stabiliantur, firmentur, compleantur, & perficiantur, revocamus, cassamus, annullamus, irritamus, & omnibus viribus vacuamus quidquid contra prædicta, vel aliquod prædictorum per nos, seu per alios nostros Nuntios, vel Officiales, nostro nomine, vel mandato, seu quemcumque alium, vel alios, quocumque modo, quacumque via factum esset, vel promissum, sive juratum; volentes, & consentientes expresè, quod per hoc, quod contra hoc factum esset, nullum jus nobis, seu Successoribus nostris Regibus, aut Imperatoribus Romanis accrescat, vel in aliquo Ecclesiæ Romanæ depereat tam circa possessionem, quàm circa proprietatem. Consentimus insuper, atque concedimus, quod vos, Sanctissime Pater, Domine Nicolae PP. III. & eadem Romana Ecclesia per vos, & per alios nunc, & semper accipiatis, nanciscamini, intretis, & apprehendatis absque ulla no-

nostra, Successorum nostrorum, vel alterius requisitione, auctoritate, vel mandato obtentis, sive petitis, possessionem, & quasi, omnium contentorum in nostris, & Prædecessorum nostrorum Privilegiis, confirmationibus, concessionibus, innovationibus, recognitionibus, donationibus, seu juramentis, & omnium eorum, quæ quoquo modo pertinent ad prædicta, & promittimus, quod nos per nos, vel per alium, seu alios, non impediemus vos, vel Nuntios vestros in prædictis, & quolibet prædictorum; sed potius in omnibus præfatis, tam adipiscendis, quàm tenendis, & habendis, nostro posse perpetuò adjuvabimus: & ut hæc omnia plenam omnimodæ perfectionis, & solidationis habeant firmitatem, tactis Sacrosanctis Evangeliis, juramus in animam nostram, prædicta omnia, & singula nos perpetuò inviolabiliter servaturos. Statuimus præterea Regali auctoritate, atque decernimus, ut idem tenor insertus præsentibus, easdem per omnia vires habeat, ac obtinent ipsæ literæ principales, ita quod si forsan ipsas principales literas contingeret quomodolibet deperire, dictus tenor perinde vim, & robur obtineat in judicio, & extrà judicium, & in omnibus, & per omnia fidem faciat, sicut ipsæ literæ principales facerent, in sua prima figura, & integritate manentes; lege, seu constitutione aliqua non obstante. Promittimus insuper, quod postquam Romam ad recipiendam unctionem, coronationem, & Imperiale diadema pervenerimus, ipsaque perceperimus, infra octos dies promissa omnia, & singula innovabimus, & de novo integrè, ac plenariè faciemus. Tenor autem prædictus de verbo ad verbum per omnia talis est.

In nomine Domini Amen. Ego Fr. Conradus Minister Fratrum Minorum Superioris Alamanniæ gloriosissimi, & Illustrissimi Principis Domini mei Rudol-

phi

phi Dei gratia Regis Romanorum semper Augusti Procurator, & Nuntius, habens ab ipso potestatem, & mandatum in formâ subscripta, constitutus in præsentia vestra, Beatissime Pater Domine Nicolae Divina Providentia Papa III. in Consistorio vestro in Papali Palatio apud Sanctum Petrum in Urbe Romana, assistentibus vobis Reverendo cœtu Dominorum Cardinalium, videlicet, Venerabilibus Patribus Dominis Ordono Tusculano, Bentevenga Albanensi, & Latino Ostiensi, & Velletrensi Episcopis; Anchero Tituli Sanctæ Praxedis, Guillelmo Tit. Sancti Marci, & Gerardo Basilicę Duodecim Apostolorum Presbyteris, Jacobo Sanctæ Mariæ in Cosmidin, Gottifrido Sancti Georgii ad Velum aureum, Matthæo Sanctæ Mariæ in Porticu, Jordano S. Eustachii, & Jacobo Sanctæ Mariæ in Via lata Diaconis Cardinalibus, recognosco, & fateor, quod idem Dominus meus Rex constitutus in præsentia piæ memoriæ Domini Gregorii PP. X. in Ecclesia Lausanensi, assistentibus sibi Reverendo cœtu Dominorum Cardinalium, videlicet felicis recordationis Domino Innocentio V., tunc Petro Ostiensi Episcopo, & Domino Adriano V., tunc Ottobono Sancti Adriani Diacono Cardinali, Romanis Pontificibus, & Reverendis Patribus, Dominis Anchero Tituli Sanctæ Praxedis, & Guillelmo Tit. Sancti Marci Presbyteris, Jacobo Sanctæ Mariæ in Cosmidin, Gottifrido Sancti Georgii in Velum aureum, & Matthæo Sanctæ Mariæ in Porticu Diaconis Cardinalibus, & præsentibus multis Prælatis, Principibus, & Nobilibus Imperii, ipsi Domino PP. suisque successoribus spopondit, pollicitus est, promisit, atque juravit omnia, & singula infrascripta, prout in ejusdem Regis literis suo sigillo cereo communitis pleniùs, ac seriosius continentur, quarum tenor per omnia talis est.

In nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis. Ego Rudolphus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus. Vobis Domino meo &c. *ut supra pag.* 333. *usque ad lin.*29.*pag.*335., *& sequitur*.

Quæ omnia, & singula, ut præmittitur, per eumdem Regem sponsa, pollicita, promissa, atque jurata, nec non, & alia in literis eisdem, quocumque modo, quibuscumque verbis inserta: Ego prædictus Frater Conradus ejusdem Domini Regis nomine, & pro ipso habens ab eo expressum, & speciale mandatum, liberè, distinctè, & expresè recognosco, ratifico, approbo, innovo,& nihilominùs ea omnia,&singula de novo dono, atque concedo B.Petro Cœlestis Regni Clavigero, ac vobis, Pater Sanctissime, ejus successori, cæterisque vestris Successoribus, & Ecclesiæ Romanæ: & ad Domini mei Regis conscientiam serenandam, & ut prædicta omnia plenariè solidentur, stabiliantur, firmentur, compleantur, & perficiantur, revoco, casso, annullo, irrito, & omnibus viribus vacuo quidquid contrà prædicta, vel aliqua prædictorum, per ipsum Dominum Regem, seù per alios ejus Nuntios, vel Officiales, suo mandato, vel nomine, seu quemcumque alium, vel alios, quocumque modo, quacumque via factum esset, vel promissum, sive juratum; ac volo, & expresè consentio, quod per hoc nullum jus ipsi Domino meo Regi accrescat, vel in aliquo Ecclesiæ Romanæ depereat, tam circa possessionem, quàm circa proprietatem.

Consentio insuper, & concedo, quod vos, Sanctissime Pater, & eadem Romana Ecclesia per vos, & per alios, nunc, & semper accipiatis, nanciscamini, intretis, & apprehendatis absque ulla ipsius Domini Regis, vel alterius requisitione, auctoritate, vel mandato obtentis, sive petitis, possessionem, & quasi, omnium contentorum in prædictis privilegiis, confirmationibus, concessioni-

ſionibus, innovationibus, recognitionibus, donationibus, ſeu etiam juramentis, & omnium eorum, quæ pertinent ad prædicta. Et promitto, quòd ipſe Dominus Rex per ſe, vel per alium, ſeu alios non impediet vos, vel Nuntios veſtros in prædictis, & quolibet prædictorum; ſed potiùs in omnibus præfatis, tam adipiſcendis, quàm tenendis, & habendis, ſuo poſſe perpetuò adjuvabit. Et ut hæc omnia plenam omnimodæ perfectionis, & ſolidationis habeant firmitatem, tactis Sacroſanctis Evangeliis, juro in animam prædicti Domini mei Regis, habens ab eo ſuper hôc ſpeciale mandatum, eumdem Dominum Regem prædicta omnia, & ſingula perpetuò inviolabiliter ſervaturum: & promitto, quòd idem Dominus Rex per ſe ipſum ea omnia, & ſingula faciet, promittet, ſtabiliet, plenè ſolidabit, firmabit, perficiet, atque jurabit, quandocunque per vos, & prædictam Eccleſiam literis, vel Nuntiis extiterit requiſitus. Prædictarum autem literarum ejuſdem Cancellarii, & mei procuratorii ſuper his habiti tenores de verbo ad verbum per omnia tales ſunt.

Rudolphus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus univerſis præſentes literas inſpecturis gratiam ſuam, & omne bonum. Notum eſſe volumus &c. *ut ſupra pag.* 346. *uſque ad finem Inſtrumenti, ſine ſigno tamen, & ſine ſigillo pendente, & ſequitur.*

Porro ad certitudinem præſentium, & memoriam futurorum, & ut hæc omnia vobis memorato Sanctiſſimo Patri noſtro Domino Nicolao Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Summo Pontifici, veſtriſque ſucceſſoribus per Nos, & noſtros Succeſſores Romanorum Reges, & Imperatores perpetuò obſerventur, firmaque ſemper, & inconvulſa permaneant, præſens ſcriptum aurea Bulla, typario noſtræ majeſtatis impreſſa, munitum, fieri fecimus, & vobis ad perpetui roboris memoriam exhibe-

hiberi. Testes, quibus præsentibus hæc sunt acta, sunt hi, Venerabiles Fridericus Archiepiscopus Salzburgensis, Joannes Kymen, & Wernhardus Secoviensis Episcopi, Rudolphus Curiæ nostræ Cancellarius, Magister Gottifridus Præpositus Soliensis Protonotarius noster, Abbas Admontensis, Archidiaconus Tudertinus, Illustres Albertus, & Hartmannus Fratres de Habspurch, & de Kyburch Comites, Lantgravii Alsatiæ, filii nostri, ac spectabiles viri Fridericus Burgravius de Nurenberch, Marchio de Hahperch, Burchardus de Hohenberch, & Henricus de Furstenberch Comites, Henricus Sluzzellensis Cappellanus noster, Magister Conradus de Herwelingen, Magister Angelus, H. de Loubenberch, Joannes de Hedingen Milites Hostiarii nostri. Datum Viennæ per manum Magistri Gottifridi Protonotarii nostri prædicti. Acta sunt hæc decimosexto Kalendas Martii Indictione septima anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo nono, Regni verò nostri anno sexto.

Ego Fridericus Salzburgensis Ecclesiæ Archiepiscopus interfui, & per manum Joannis Chymensis Episcopi subscripsi.

Ego Joannes Chymensis Episcopus interfui, & subscripsi.

Ego Wernhardus Secoviensis Episcopus interfui, & subscripsi.

Ego Eudolphus Imperialis Aulæ Cancellarius interfui, recognovi, & subscripsi.

Ego Magister G. Præpositus Soliensis Regalis Curiæ Protonotarius interfui, & subscripsi.

Ego Abbas Henricus Admontensis interfui, & subs.

Ego Nicolaus Archidiaconus Tudertinus interfui, & subscripsi.

Ego

Ego Albertus Domini Rodulphi Romanorum Regis Primogenitus interfui, & ſubſcripſi.

Ego Hartmannus Domini Rudolphi Romanorum Regis filius interfui, & ſubſcripſi.

Ego Fridericus Burgravius de Nurenberch interfui, & per manum R. Notarii mei ſubſcripſi.

Ego Henricus Marchio de Hahperch interfui, & per manum Alberti Notarii Comitis Henrici de Furſtenberch ſubſcripſi.

Ego Burchardus Comes de Hohenberch interui, & per manum Petri Notarii mei ſubſcripſi.

Ego Henricus Comes de Furſtenberch interfui, & per manum Alberti Notarii mei ſubſcripſi.

Ego Henricus Sluzzellenſis Romanorum Regis Cappellanus interfui, & ſubſcripſi.

Ego Conradus de Hervellingen Notarius Regis Romanorum interfui, & ſubſcripſi.

Ego Angelus Canonicus Eccleſiæ S. Valentini de Ferentino interfui, & ſubſcripſi.

Ego H. de Loubenberch interfui, & per manum Decani Belrenſis ſubſcripſi.

Ego Joannes de Hedingen interfui, & ſubſcripſi.

Adeſt Bulla aurea pendens.

Lei-

Lettera del Pontefice Giovanni XX. scritta a Ridolfo Rè de' Romani, acciocchè inibisca a' suoi Nunzj l'ingerirsi nelle Terre spettanti alla Chiesa, e non voglia confermare ciò, che da loro era stato fatto in pregiudizio di essa.

JOHANNES &c. RODULPHO Regi Romanorum Illustri &c.

Somm. num. 23.

SI attentione solita Romanorum Principum Prædecessorum tuorum, & tua gesta recenseas, si veritatis solers scrutator existas, quæ scribimus cum filiali devotione recipies, & in omni promptitudine, devota solicitudine prosequeris. ET QUIDEM HABET NOTORIA VERITAS, ET TAM IPSORUM PRINCIPUM, AC SPECIALITER QUONDAM OTTONIS IV. ET FREDERICI II., QUAM TUA ETIAM MONUMENTA TESTANTUR, EXARCHATUM RAVENNÆ, AC PENTAPOLIM AD JUS, ET PROPRIETATEM ECCLESIÆ ROMANÆ SPECTARE, quodque dicti Principes, & tu ipse primò per quondm Ottonem Spirensem Præpositum Aulæ Regiæ Cancellarium Procuratorem tuum, & postea per te ipsum omnes possessiones ejusdem Ecclesiæ, quarum quamplures, & præcipuè prædictos Exarchatum, & Pentapolim eadem documenta singulariter exprimunt, reliquas verò generaliter comprehendunt, eidem Ecclesiæ quietas, & liberas dimisistis, promittentes ad obtinendum ipsas eamdem Ecclesiam bona fide, tanquam Principes Catholici, adjuvare, illasque ipsi Ecclesiæ sine mora, & difficultate restituere, si ad manus vestras aliquando devenirent: specialiter

liter autem tu, & dictus Fredericus prædicta eidem Ecclesiæ liberè dimittentes, ipsa sibi RENUNCIASTIS, ET RESTITUISTIS, nec non ad omnem scrupulum removendum, prout melius, & efficacius valet intelligi, concessistis, contulistis, & etiam donavistis, ut sublata omnis contentionis, & dissensionis materia, firma pax, & plena concordia inter Ecclesiam, & Imperium perseseverent; & hæc omnia, prout superiùs, & in eisdem monumentis pleniùs continetur, tu, ac memorati Otto, & Fredericus, juramentis corporaliter præstitis, firmavistis, concessis super hoc monumentis, seu privilegiis ab ipsis Ottone, & Frederico aureis bullis ipsorum, ac a te sigilli tui munimine roboratis, quæ ad futuram rei memoriam in Archiviis Ecclesiæ conservantur. Cumque postmodum dilectus filius Rodulphus Cancellarius tuus, & Frater Berengarius Magister domorum Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani per Alamanniam, magnificentiæ tuæ Nuntii, de permissione, seu voluntate Venerabilis Fratris nostri Ferrariensis Episcopi, tunc in Lombardiæ partibus Sedis Apostolicæ Legati, aliqua, quæ dictis quietationibus, renuntiationibus, concessionibus, collationibus, donationibus, & juramentis non est dubium obviare, circa prædictos Exarchatum, & Pentapolim præsumpsissent, a Communitatibus Civitatum, & Locorum Romaniolæ, ac vicinarum partium, quæ fore de ipsis Exarchatu, & Pentapoli dignoscuntur, fidelitatis juramenta recipientes tuo nomine, licèt, sicut verisimiliter credimus, non de tua conscientia, vel mandato fel. rec. Gregorius Papa Prædecessor noster ipsos Episcopum, & Nuntios Bononiam ad suam præsentiam evocans, factum redarguit, & facientes multipliciter increpavit, ostendens eisdem, quod id contra tuum juramentum, sic è vicino præstitum, temerariè attentaverant; ac Nuntiis

tiis ipsis injungens, quod in Romaniolam non redirent, sed in aliis partibus Lombardiæ imminentia tua negotia cum diligentia procurarent. Qui mandatis ipsius obtemperantes humiliter, præmissa, quæ se non malitiosè fecisset dicebant, in ejus arbitrio reliquerunt, procedentes juxta mandatum ipsius ad alia tua negotia prosequenda. Ideoque Serenitatem Regiam exhortantes, quatenus consultè considerans, quod iidem Nuntii nimis inconsultè præsertim contra tuum juramentum talia præsumpserunt, eis, & aliis quandocunque mittendis districtè præcipias, ut agentes cautiùs, & a similibus studiosiùs abstinentes, de terris Ecclesiæ, & specialiter de dictis Exarchatu, & Pentapoli, absque nostro speciali mandato, se de cætero nullatenus intromittant; immò Communitatibus memoratis per tuas patentes literas dilecto filio Magistro Bernardo de Castaneto Albiensi Electo, nostro, & Sedis Apostolicæ Nuntio, tuo nomine assignandas, denuncians, juramenta prædicta recepta fuisse ab ipsis Communitatibus per errorem, nec te ratam habuisse receptionem hujusmodi, vel habere; diligenter exhorteris easdem, ut hoc non obstante Nobis, & nostris Nuntiis plenariè obediant, & intendant, nec impedimentum aliquod præstare præsumant, quominus de ipsis, prout ad nos pertinet, & de consilio Fratrum nostrorum disponere intendimus, liberè disponamus.

Al-

Altra simile al medesimo Ridolfo.

JOANNES &c. RODULPHO Regi Romanorum Illustri &c.

Habet, Fili Chariſſime, VERITATIS NOTORIÆ CERTITUDO, & tam Romanorum Principum prædeceſſorum tuorum, ac ſpecialiter quondam Ottonis IV. & Frederici II., quàm tua etiam authentica monumenta teſtantur, Exarchatum Ravennæ, & Pentapolim ad jus, & proprietatem Eccleſiæ Romanæ ſpectare, quodque dicti Principes, & tu ipſe primò per quondam Ottonem Spirenſem Præpoſitum, Aulæ Regiæ Cancellarium Procuratorem tuum, & poſtea per te ipſum omnes poſſeſſiones ejuſdem Eccleſiæ, quarum quàm plures, & præcipuè prædictos Exarchatum, & Pentapolim eadem monumenta ſingulariter exprimunt, reliquas verò generaliter comprehendunt, eidem Eccleſiæ quietas, & liberas dimiſiſtis; promittentes, ad obtinendum ipſos, eamdem Eccleſiam bona fide, tamquam Principes Catholici adjuvare, illaſque ipſi Eccleſiæ ſine mora, & difficultate reſtituere, ſi ad manus veſtras aliquando devenirent: ſpecialiter autem tu, & dictus Fredericus prædicta eidem Eccleſiæ liberè dimittentes, ipſa ſibi RENUNCIASTIS, ET RESTITUISTIS, necnon ad omnem ſcrupulum removendum, prout meliùs, & efficaciùs valet intelligi, conceſſiſtis, contuliſtis, & etiam donaſtis, ut ſublata omnis contentionis, & diſſenſionis materia, firma pax, & plena concordia inter Eccleſiam, & Imperium perſeverent; & hæc omnia prout ſuperiùs tangitur, & in eiſdem monumentis pleniùs continetur, Tu, ac memorati Otto, & Fredericus, juramentis corporaliter præſtitis, fimaviſtis, ſuper hoc monumentis;

Somm. num. 24. *Ex Cod. Vatic.*

ſeu privilegiis ab ipſis Ottone, & Frederico, aureis Bullis ipſorum, ac a te ſigilli tui minimine roboratis, quæ ad futuram rei memoriam in Archiviis Eccleſiæ conſervantur. Cumque poſtmodum dilectus filius Rodulphus Cancellarius tuus, & Frater Berengarius Magiſter domus Hoſpitalis Sancti Joannis Hieroſolymitani per Alamanniam magnificentiæ tuæ Nuntii, de permiſſione, ſeu voluntate Venerabilis Fratris noſtri Ferrarien. Epiſcopi in Lombardiæ partibus Apoſtolicæ Sedis Legati, aliqua, quæ dictis quietationibus, renunciationibus, conceſſionibus, collationibus, donationibus, & juramentis non eſt dubium obviare, circa prædictos Exarchatum, & Pentapolim præſumpſiſſent a Comunitatibus Civitatum, & locorum Romaniolæ, & vicinarum partium, quæ fore de ipſis Exarchatu, & Pentapoli dignoſcuntur, fidelitatis juramenta recipientes tuo nomine, licet, ſicut veriſimiliter credimus, non de tua conſcientia, vel mandato fel. rec. Gregorius Papa Prædeceſſor noſter ipſos Epiſcopum, & Nuntios Bononiam ad ſuam præſentiam evocans, factum redarguit, & facientes multipliciter increpavit, oſtendens eiſdem, quod id contra tuum juramentum, ſic è vicino præſtitum temerariè attentaverant; ac Nuntiis ipſis injungens, quod in Romaniolam non redirent, ſed in aliis partibus Lombardiæ imminentia tua negotia cum diligentia procurarent, qui mandatis ipſius obtemperantes, humiliter promiſſa, quæ ſe non malitioſè feciſſe dicebant, in ejus arbitrio reliquerunt, procedentes juxtà mandatum ipſius ad alia tua negotia proſequenda. Unde piæ mem. Innocentius Papa Prædeceſſor noſter per Apoſtolicas literas præmiſſa explicatè continentes, ſerenitatem tuam monendam, & rogandam duxit in Domino, ac attentiùs exhortandam, ut conſultè conſiderans, quod iidem Nuntii nimis inconſultè, præſertim con-

contra tuum juramentum, talia præſumpſerunt, eis, & aliis quandocumque mittendis diſtrictè præciperes, ut agentes cautiùs, & a ſimilibus ſtudioſiùs abſtinentes, de terris Eccleſiæ ac ſpecialiter de dictis Exarchatu, & Pentapoli, abſque ipſius Prædeceſſoris Innocentii ſpeciali mandato ſe ulteriùs nullatenus intromitterent, immo Communitatibus memoratis per tuas patentes literas Venerabili Fratri noſtro Bernardo Epiſcopo, tunc electo Albien., ad tuam magnificentiam propter hoc ſpecialiter deſtinato, ipſius prædeceſſoris Innocentii nomine aſſignandas, denuncians mandata prædicta recepta fuiſſe ab eiſdem Communitatibus per errorem, nec te ratam habuiſſe receptionem hujuſmodi, vel habere; diligenter exhortareris eaſdem, ut hoc non obſtante, prædicto Prædeceſſori Innocentio, & ejus Nuntiis plenariè obedire, ac intendere procurarent, nec impedimentum aliquod præſtare præſumerent, quominus poſſet de ipſis, prout ad eumdem Prædeceſſorem Innocentium pertinebat, & de Fratrum ſuorum conſilio intenderet, liberè diſponere, ac etiam ordinare. Sed licèt eidem reſpondiſſes Epiſcopo, te ſuper iis velle præfato Prædeceſſori Innocentio per ſpecialem Nuntium reſpondere, ad nos tamen præmiſſa hujuſmodi per Nuntium facienda reſponſio non pervenit, nec præmiſſi ejuſdem Prædeceſſoris Innocentii monitionibus, precibus, & exhortationibus eſt paritum in hac parte; de quo non indignè admirationis cauſa ſuboritur, præſertim cum eas pro tui etiam honoris, & famæ, tuæque ſalutis augumento duxerit porrigendas. Nos itaque perſonam regiam inter cęteros Catholicos Reges, & Principes orbis terræ ſpeciali proſequentes affectu, magnoque deſiderio cupientes, ut in tuis operibus nihil reprehenſibile valeat quovis modo notari, ſed ut potiùs ad laudem Dei tuum ſemper honorem adaugeant, & ſalutem,

Celsitudinem regiam monemus, rogamus, & hortamur in Domino Jesu Christo, quatenus diligenter attendens, quod præmissa, contra juramentum a te præstitum, præfati Nuntii tui nimis improvidè attentarunt, ipsis, & quibuslibet aliis missis forsitan, & in posterum destinandis, districtè injungas, ut cautiùs se gerentes, agentesque prudentiùs, similia non præsumant, & de terris Ecclesiæ, ac specialiter de præfatis Exarchatu, & Pentapoli se ulteriùs nullatenus intromittant; immo potiùs Communitatibus supradictis per patentes literas Regias dilecto filio Fratri Bartholomæo de Amelia Ordinis Minorum latori præsentium, nostro, & Sedis Apostolicæ Nuntio, nostro nomine assignandas, denuncians prædicta juramenta recepta fuisse ab ipsis Communitatibus per errorem, nec te ratam habuisse receptionem hujusmodi, vel habere, diligenter exhorteris easdem, ut hoc nequaquam obstante, nobis, & Nuntiis nostris plenariè obediant, & intendant, nec aliquod impedimentum præstare præsumant, quominus de ipsis, prout ad nos pertinet, & de consilio fratrum nostrorum intendimus, liberè disponamus. Volumus quoque, & instanter petimus, ut non ingeratur in hac parte dilatio, ut saltem hac vice Apostolicis beneplacitis satisfiat.

Ri-

Rivocazione de' giuramenti dati a Ridolfo in mano de' suoi Ministri da diverse Città dell'Esarcato, e della Pentapoli, fatta da Gottifredo Nunzio del medesimo Ridolfo.

In Nomine Domini Amen.

Somm. num. 25. Ex Arch. Arcis S. Angel.

NOs Gottifridus Præpositus Ecclesiæ Soliensis, Salzeburgensis Diœceseos magnifici Principis Domini Rudolphi Regis Romanorum illustris familiaris Clericus, & Protonotarius ad futuram rei memoriam, Notum esse volumus universis, quod Excellentissimus Princeps Dominus Rudolphus Rex Romanorum illustris, Sacrosanctam Romanam Ecclesiam Matrem, & Dominam recognoscens, ac intendens ejus jura non præripere, sed ea potiùs illæsa servare, nos ad Sanctissimum Patrem, & universalem Dominum, Dominum Nicolaum Divina providentia Summum Pontificem cum specialibus literis destinavit, quarum tenor talis est:

Sanctissimo in Christo Patri, ac Domino Domino Nicolao Divina providentia Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Summo Pontifici, Rudolphus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus cum filialis obeditionis reverentià, devotissima pedum oscula beatorum.

Ad magnificentiam munerum, & gratiarum quodammodo ineffabilem largitatem, quæ Imperatores Romani, & prædecessores nostri Reges Romanorum de Romanæ Matris Ecclesiæ uberius susceperunt, ipsi, velut devoti filii, faciem gratitudinis convertentes; nec minus attendentes, quòd eadem Ecclesia ipsos in dulcedi-

cedinis benedictione præveniens, transferendo de Græcis Imperium in Germanos, eisdem dederat id, quod erant, ut grati prædicarentur filii laudabilis recognitionis effectu; inter cætera, quæ ipsi Ecclesiæ CONFIRMARUNT, DIMISERUNT, seu etiam concesserunt, TOTAM TERRAM, quæ est à Radicophano usque Ceperanum, Marchiam Anconitanam, Ducatum Spoletanum, TERRAM COMITISSÆ MATHILDIS, Comitatum Brittenorii, Exarchatum Ravennæ, Pentapolim, Massam Trabariam, cum adjacentibus terris, & omnia alia bona, terras, & possessiones, & jura ad dictam Ecclesiam pertinentia, in multis privilegiis Imperatorum à tempore Ludovici expressa, sive contenta, ipsi Beato Petro Cœlestis regni Clavigero, ejusque successoribus, & eidem Ecclesiæ dimiserunt, renuntiaverunt, restituerunt, & confirmarunt, & ad omnem scrupulum removendum, prout melius valeret, & efficaciùs posset intelligi, contulerunt, concesserunt, & etiam donaverunt, sicut in eorum privilegiis, seu literis continetur; nosque postmodum, prout Domino placuit, ad regalis excellentiæ culmen assumpti, prædicta omnia in præsentia recolendæ memoriæ Domini Gregorii Papæ X. recognovimus, ac ea omnia, & singula ipsi pro prædicta Ecclesia, se, suisque successoribus recipienti, confirmavimus, innovavimus, & de novo concessimus, atque donavimus, ipsa nihilominus præstito corporaliter juramento firmantes.

Verùm quia postmodum absque nostro consensu, conscientia, vel mandato Rodulphus Cancellarius noster à civibus Bononiensibus, Imolensibus, Faventinis, Foropopuliensibus, Cæsenatibus, Ravennatibus, Ariminensibus, Urbinatibus, nec non & aliis aliorum Civitatum, atque locorum illarum partium juramentum fidelitatis nostro nomine dicitur recepisse; nos dilectum familiarem Clericum nostrum Magistrum Gottifridum

Præ-

Præpositum Soliensem, Regalis Aulæ Protonotarium, transmittimus ad vestræ præsentiam Sanctitatis, cui damus præsentibus nostris patentibus literis in mandatis, ut quidquid per eumdem Cancellarium, seu quemcumque in prædictis Civitatibus, locis, & terris, seu per homines ipsorum Civitatum, Terrarum, atque locorum, actum, gestum, recognitum extitit, & prædicta juramenta specialiter revocet, casset, annullet, irritet, cassa, nulla, & irrita nuntiet, ac omnibus viribus vacuet; volentes, & consentientes expresse, quòd per hoc nullum jus nobis accrescat, vel Ecclesiæ Romanæ depereat tam circa possessionem, quàm circa proprietatem, in Civitatibus, Terris, & locis præfatis, ac hominibus, juribus, & jurisdictionibus eorumdem, & universis, & singulis Civitatibus, Communitatibus, locis, & hominibus supradictis ex parte nostrâ omnia, & singula prædicta denuntiet, denuntiando sollicitet, & inducat eosdem, quòd vestrum, & Ecclesiæ prædictæ dominium recognoscentes, vobis, & Ecclesiæ memoratæ, tamquam eorum vero domino in omnibus, & per omnia, sicut debent, obediant, pareant, & intendant, promittentes nos ratum habituros, & firmum, quidquid idem Magister Gottifridus ordinandum, seu faciendum duxerit in præmissis.

Datum Viennæ IV. Kal. Junii Indictione VI. Anno Domini MCCLXXVIII. Regni verò nostri Anno V.

Nos itaque traditi nobis ab eodem Domino Rege auctoritate mandati, juramenta fidelitatis, seu alia, quæ Rodulphus Cancellarius ejusdem Domini Regis à civibus Bononiensibus, Imolensibus, Faventinis, Foropopuliensibus, Cæsenatibus, Ravennatibus, Ariminensibus, Urbinatibus, Cerviensibus, & Forliviensibus, ac hominibus castrorum Montisfeltri, & Brittenorii, ac aliis Communitatibus, Universitatibus, & incolis Civitatum, & locorum partium earumdem, seu eorum aliquibus,

pro

pro ipso Domino Rege dicitur recepisse; ac quicquid per eumdem Cancellarium, seu quemcumque alium, in eisdem Civitatibus, Terris, & locis, sive per Cives, aut alios supradictos actum, gestum, & recognitum extitit; remittentes, revocantes, cassantes, annullantes, irritantes, cassa, nulla, & irrita nuntiantes, ac omnibus viribus vacuantes, eisdem Civibus, incolis, & aliis universis, & singulis ex parte ipsius Domini Regis omnia, & singula prædicta in eisdem contenta literis denuntiamus, & denuntiando eosdem cives, homines, communitates, universitates, & incolas sollicitamus, & inducimus, quod eorumdem Domini Papæ, & Ecclesiæ recognoscentes dominium, dictis Domino Papæ, & Ecclesiæ, tamquam vero Domino in omnibus, & per omnia, sicut debent, obediant, pareant, & intendant.

Porro ad certitudinem præsentium, & memoriam futurorum hæc omnia conscribi, & in publicum Instrumentum redigi per Magistrum Paulum de Reate Apostolica auctorirate Tabellionem subscriptum, fecimus, atque rogavimus, & proprio sigillo munivimus. Volumus tamen, & consentimus, quòd si dictum sigillum quovis modo, vel casu deperdi, frangi, vel deformari contigerit, nihilominus Instrumentum ipsum in suo vigore permaneat, ac si de ipso sigillo facta mentio non fuisset.

Actum Viterbii in Episcopali Palatio, in magno Consistorio in præsentia Sanctissimi Patris Summi Pontificis prædicti Domini Nicolai Papæ III. & Venerabilium Patrum Sacri cœtus Dominorum Cardinalium coram his testibus, scilicet, Domino B. Archiepiscopo Ravennate, Domino G. Archiepiscopo Corinthiensi, Domino H. Episcopo Lunensi, Domino P. Episcopo Firmano, Domino . . . Episcopo Viterbiensi, Domino R. Episcopo Massiliensi, Domino . . . . Episcopo Gallicensi, Domino

no . . . Episcopo Aprutino, Domino . . . Episcopo Balneoregensi, Domino . . . Episcopo Eugubino, Domino V. Episcopo Egitaniensi, Domino . . . Episcopo Taurinensi, Domino . . . Episcopo Famagustano, & Domino . . . Episcopo Aurasicensi, ac multis aliis Clericis, & Laicis in multitudine numerosa, Anno Domini MCCLXXVIII. ii. Kalendas Julii Indictione vi. Pontificatus Domini Nicolai Papæ III. Anno Primo.

Ego Paulus de Reate Apostolica auctoritate, & nunc Cameræ Domini Papæ Notarius, prædictis interfui, & ut supra legitur, rogatus, scripsi, publicavi, & signum feci.

Lettera del medesimo Gottifredo scritta alle Città dell'Esarcato, e della Pentapoli, acciocchè prestino il giuramento di fedeltà alla Romana Chiesa.

Providis Viris, Potestatibus, Capitaneis, Consiliis, & Communibus, Bononiensi, Imolensi, Faventino, Foropopuliensi, Cæsenati, Ravennati, Ariminensi, Urbinati, Cerviensi, & Forliviensi, Montisfeltri, & Brittenorii, ac aliis Communitatibus, Universitatibus, & incolis aliorum, Civitatum, Castrorum, Terrarum, & locorum partium earumdem, Gottifridus Præpositus Ecclesiæ Soliensis Salzeburgensis Diœceseos Magnifici Principis Domini Rudolphi Regis Romanorum Illustris, familiaris Clericus, & Protonotarius, salutem in Domino.

Ex. Arch. Castr. S. Ang.

EXcellentissimus Princeps Dominus Rudolphus Rex Romanorum Illustris Sacrosanctam Romanam Ecclesiam Matrem, & dominam recognoscens, ac intendens ejus jura non præripere, sed ea potiùs illæsa servare; nos ad Sanctissimum Patrem, & universalem D. D. Nicolaum Divina Providentia Summum Pontificem cum specialibus literis destinavit, quarum tenor talis est.

San-

Sanctiſſimo in Chriſto Patri &c. *ut pag.* 373. *uſque ad finem mandati*, *& ſequitur*.

Nos itaque traditi nobis ab eodem Domino Rege auctoritate mandati, juramenta fidelitatis, ſeu alia, quæ Rodulphus Cancellarius ejuſdem Domini Regis à vobis, ſeu aliquibus veſtrûm pro ipſo Domino Rege dicitur recepiſſe; ac quicquid per eumdem Cancellarium, ſeu quemcumque alium in veſtris Civitatibus, Terris, & locis, ſeu per vos, aut alios homines ipſorum Civitatum, Terrarum, atque locorum, actum, geſtum, & recognitum extitit; remittentes, revocantes, caſſantes, annullantes, irritantes, caſſa, nulla, & irrita nuntiantes, ac omnibus viribus vacuantes, vobis univerſis, & ſingulis, ex parte ipſius Domini Regis, omnia, & ſingula prædicta, in eiſdem contenta literis denuntiamus, & denuntiando vos ſollicitamus, & inducimus, quod eorumdem Domini Papæ, & Eccleſiæ recognoſcentes dominium, dictis Domino Papæ, & Eccleſiæ, tamquam vero Domino in omnibus, & per omnia, ſicut debetis, obediatis, pareatis, & etiam intendatis.

Porro ad certitudinem præſentium, & memoriam futurorum hæc omnia conſcribi, & in publicum Inſtrumentum redigi per Magiſtrum Jacobum Sorbulenſem de Parma ejuſdem Domini Papæ Cameræ Clericum Imperiali auctoritate Notarium publicum infraſcriptum, fecimus, atque rogavimus, & proprio ſigillo munivimus. Volumus tamen, & conſentimus, quòd ſi dictum ſigillum quovis modò, vel caſu deperdi, frangi, vel deformari contigerit, nihilominus Inſtrumentum ipſum in ſuo vigore permaneat, ac ſi de ipſo ſigillo facta mentio non fuiſſet.

Actum Viterbii in Epiſcopali Palatio, in magno Conſiſtorio in præſentia Sanctiſſimi Patris Summi Pontificis prædicti Domini Nicolai Papæ III. & Venerabilium

Patrum Sacri cœtus Dominorum Cardinalium coram his testibus, scilicet, Domino B. Archiepiscopo Ravennate, Domino G. Archiepiscopo Corinthiensi, Domino H. Episcopo Lunensi, Domino P. Episcopo Firmano, Domino . . . Episcopo Viterbiensi, Domino . . . Episcopo Gallicensi, Domino . . . Aprutino, Domino . . . Episcopo Balneoregensi, Domino B. Episcopo Eugubino, Domino V. Episcopo Egitaniensi, Domino . . . Episcopo Taurinensi, Domino P. Episcopo Famagustano, & Domino . . . Episcopo Aurasicensi, ac multis aliis Clericis, & Laicis in multitudine numerosa. Anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo octavo II. Kal. Julii Indictione VI. Pontificatus prædicti D. Nicolai Papæ III. Anno Primo.

Et Ego Jacobus Sorbulensis de Parma Sanctissimi Patris Domini Papæ prædicti Cameræ Clericus Imperiali auctoritate Notarius prædictis interfui, prout superiùs legitur, rogatus, scripsi, & in publicam formam redegi.

Di-

Diploma di Ridolfo, col quale conferma i privilegj da' suoi Antecessori concessi alla Romana Chiesa, e rivoca i giuramenti, che aveva esatti da diverse Città dell'Esarcato per mezzo di Ridolfo suo Cancelliere.

Sanctissimo in Christo Patri, & D. NICOLAO Papæ III. RUDOLPHUS Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus.

Ad perpetuam rei memoriam.

SUmma Reipublicæ tuitio, de stirpe duarum rerum Sacerdotii, & Imperii Divina institutione proveniens, vimque suam exindè muniens, humanum genus salubriter gubernavit in posterum, & reget, Deo propitio, in æternum. Hæc sunt duo dona Dei, maxima quidem in omnibus à superna collata Clementia, videlicet, auctoritas sacra Pontificum, & Regalis excellentia potestatis. Hæc duo Salvator noster, mediator Dei, & hominum JESUS Christus sic per seipsum actibus propriis, & dignitatibus distinctis exercuit, ut utraque ab ipso, tanquam ex uno eodemque principio manifestè procedere omnibus indicaret.

Somm. num. 26. Ex Arch. Castri S. Ang.

Ab eo igitur solo, vivo, & vero Deo, recognoscentes omnia, à quo Reges, & Regna sumpsere principia, & Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ beneficia erga nos innumera recolentes, plenis excitamur affectibus, ea, quæ possumus, illi retribuendo rependere, à qua nobis, & no-

nostris prædecessoribus Regibus Romanorum tam grandia, tam excellentia dona conspicimus esse tributa.

Præfati itaque prædecessores ad magnificentiam munerum, & gratiarum quodammodo ineffabilem largitatem, quam de ipsius Matris Ecclesiæ uberius susceperunt, faciem gratitudinis convertentes; nec minus attendentes, quòd eadem Mater Ecclesia ipsos in dulcedinis benedictione præveniens, transferendo de Græcis Imperium in Germanos, eisdem dederat id, quod erant, ut grati prædicarentur filii laudabilis recognitionis effectu; inter cætera, quæ ipsi Romanæ Ecclesiæ CONFIRMARUNT, DIMISERUNT, seu etiam concesserunt, TOTAM TERRAM, quæ est à Radicophano usque Ceperanum, Marchiam Anconitanam, Ducatum Spoletanum, TERRAM COMITISSÆ MATHILDIS, Comitatum Brictenorii, Exarchatum Ravennæ, Pentapolim, Massam Trabariam, cum adjacentibus terris, & omnia alia bona, terras, possessiones, & jura ad Romanam Ecclesiam pertinentia, in multis privilegiis Imperatorum à tempore Ludovici expressa, sive contenta, ipsi Beato Petro Cœlestis Regni Clavigero, ejusque successoribus, & ROMANÆ ECCLESIÆ DIMISERUNT, RENUNCIAVERUNT, RESTITUERUNT, ET CONFIRMARUNT; ET AD OMNEM SCRUPULUM REMOVENDUM, PROUT MELIUS VALERET, ET EFFICACIÙS POSSET INTELLIGI, CONTULERUNT, CONCESSERUNT, ET ETIAM DONAVERUNT, sicut in eorum privilegiis, seu literis continetur: Nosque postmodum, prout Domino placuit, ad regalis excellentiæ culmen assumpti, ut de susceptis donis innumeris, quæ de manibus dictæ Matris accepimus, non minoris recognitionis debitum solveremus, prædicta omnia in præsentia recolendæ memoriæ Domini Gregorii Papæ X. recognovimus, ac ea omnia, & singula ipsi pro Romana Ecclesia, se, suisque successoribus recipienti, confirmavimus, innovavimus, & de

novo

novo concessimus, atque donavimus, ipsa nihilominus proprio præstito corporaliter juramento firmantes.

Verùm quia postmodum absque nostro consensu, conscientia, vel mandato Rodulphus Cancellarius noster à Civibus Ravennatibus, Bobiensibus, Cæsenatibus, Foropopuliensibus, Forliviensibus, Faventinis, Imolensibus, Bononiensibus, Urbinatibus, ac hominibus Montisferetri, Bertenorii, nec non & aliis aliarum Civitatum, atque illarum partium, & locorum, quæ ipsius Ecclesiæ Romanæ juris existunt, juramentum fidelitatis nomine nostro dicitur recepisse; nos conspicientes id in præjudicium juris dictæ Matris Ecclesiæ subsecutum, quidquid per eumdem Cancellarium, seu quemcumque alium in prædictis Civitatibus, Locis, & Terris, seu per homines ipsorum Civitatum, Terrarum, atque locorum, actum, gestum, recognitum extitit, sive juratum, & specialiter prædicta juramenta, remittimus, relaxamus, & eis expresè renuntiamus, ac prædicta omnia revocamus, cassamus, annullamus, irritamus, cassa, & irrita nuntiamus, ac omnibus viribus vacuamus; volentes, statuentes, & consentientes expresè, quòd per id nullum jus nobis, & Imperio accrescat, vel ipsi Ecclesiæ Romanæ depereat tam circa possessionem, quàm circa proprietatem in Civitatibus, Terris, & locis præfatis, ac hominibus, juribus, & jurisdictionibus eorumdem.

Et quia decet Regales actus in omni claritate procedere, ut omnem obscuritatem, quam frequenter generalitas consuevit inducere, nostra tollat regalis expressio, ac jura ipsius Matris Ecclesiæ per nostram declarationem, quam decernimus esse perpetuam, plenariè solidentur; recognoscimus, fatemur, & oraculo præsentis edicti ad æternam memoriam declaramus, Civitatem Ravennatem, & Æmiliam, Bobium, Cæsenam, Forumpopuli, Forlivium, Faventiam, Imolam, Bononiam, Fer-

Ferrariam, COMACLUM, Adriam, atque Gabellum, Ariminum, Urbinum, Montemferetrum, territorium Balnense, supraſcriptas Provincias, Civitates, Loca, & Territoria, necnon, & omnia ſupradicta cum omnibus finibus, territoriis, atque inſulis in terra, marique ad provincias, civitates, territoria, & loca ſupradicta quoquo modo pertinentibus, ad Beatum Petrum Cœleſtis Regni Clavigerum, & ad vos Patrem Beatiſſimum Dominum Nicolaum Papam Tertium, & ad Succeſſores veſtros Romanos Pontifices, & ad ipſam Eccleſiam Romanam pleno jure, ac integrè, non ſolùm in ſpiritualibus, ſed etiam in temporalibus, in ſolidum pertinere, ac veſtri ipſius Romanæ Eccleſiæ pleni juris, ditionis, ac principatus exiſtere.

Et ad omnem dubitationis ſcrupulum in poſterum abolendum, & ut noſtra devotio erga ipſam Matrem Eccleſiam clariùs eniteſcat, prædicta omnia, & ſingula tam propriis, ſeu ſpecialibus, provinciarum, terrarum, Civitatum, atque locorum expreſſa vocabulis, quàm etiam non expreſſa, prout melius valet, & efficacius intelligi, ipſi Beatiſſimo Petro, & vobis, Sanctiſſime Pater Domine Nicolae Papa III. & per vos Succeſſoribus veſtris Romanis Pontificibus, & ipſi Romanæ Eccleſiæ de novo liberè, & plenariè concedimus, conferimus, & donamus, ut ſublata omnis contentionis, & diſſenſionis materia, firma pax, & plena concordia inter Eccleſiam, & Imperium perſeverent.

Ut autem hæc omnia vobis memorato Sanctiſſimo Patri noſtro Domino Nicolao Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Summo Pontifici, veſtriſque ſucceſſoribus, & ipſi Romanæ Eccleſiæ per Nos, & noſtros ſucceſſores Romanorum Reges, & Imperatores in perpetuum obſerventur, firmaque ſemper, & inconcuſſa permaneant; præſens noſtræ recognitionis, declarationis, conceſſionis, & do-

& donationis privilegium de conſcientia noſtra, & expreſſo mandato conſcriptum, juſſimus aureâ Bullâ, typario noſtræ Majeſtatis impreſsâ muniri, ac ipſum ad perpetuam ſoliditatem, & certitudinem vobis, & ipſi Romanæ Eccleſiæ exhiberi. Promittimus inſuper, quòd poſtquam Romam ad recipiendam unctionem, coronationem, & Imperiale diadema pervenerimus, ipſaque perceperimus, infra octo dies præmiſſa omnia, & ſingula innovabimus, & de novo integrè, ac plenariè faciemus.

Teſtes autem hi ſunt, Venerabiles Fridericus Archiepiſcopus Salzburgenſis, Joannes Kymenſis, & Wernhardus Secovienſis Eccleſiarum Epiſcopi, Giffridus Decanus Eccleſiæ Sancti Audomari Morinenſis Diœceſeos Domini Papæ Cappellanus, Henricus Abbas Admontenſis, Nicolaus Archidiaconus Tudertinus, Illuſtres Albertus, & Hartmannus Fratres de Habſpurch, & de Kyburch Comites, Lantgravii Alſatiæ, filii noſtri, ac ſpectabiles Viri Fridericus Burgravius de Nurenberch, Hainricus Marchio de Hahperch, Burcardus de Hohenberch, & Henricus de Furſtenberch Comites, Henricus Sluzzellinus Cappellanus noſter, Magiſter Chunradus de Herwelingen, Magiſter Angelus Canonicus Sancti Valentini de Ferentino, Henricus de Leubenberch, & Joannes de Hedingen Milites Hoſtiarii noſtri, & quamplures alii.

Signum Domini Rudolphi Romanorum Regis invictiſſimi.

Ego Rudolphus Imperialis Aulæ Cancellarius vice Domini Wernheri Archiepiſcopi Maguntini, ac per Germaniam Sacri Imperii Archicancellarii recognovi.

Locus Monogrammatis.

Acta sunt hæc Anno Domini MCCLXXIX. Indictione VII. Regnante Domino Rudolpho Romanorum Rege glorioso Anno Regni ejus sexto.

Datum Viennæ per manus Magistri Gottifridi Præpositi Soliensis Protonotarii nostri XVI. Kal. Martii.

Sequitur Bulla pendens.

Diploma degli Elettori dell'Imperio, col quale ratificano, e confermano tutto ciò, ch' era stato rinovato, confermato, e concesso da Ridolfo Rè de' Romani alla Sede Apostolica.

Nos PRINCIPES IMPERII universis præsentem paginam inspecturis.

COmplectens ab olim sibi Romana Mater Ecclesia quasi quadam germana charitate Germaniam, illam eo terreno dignitatis nomine decoravit, quod est super omne nomen temporaliter tantùm præsidentium super terram, plantans in ea Principes tanquam arbores prælectas, & rigans ipsas gratia singulari, illud eis dedit incrementum mirandæ potentiæ, ut ipsius Ecclesiæ auctoritate suffulti, velut germen electum per ipsorum electionem, illum, qui fræna Romani teneret Imperii, germinarent. Hic est illud luminare minus in firmamento militantis Ecclesiæ per luminare majus Christi Vicarium illustratum. Hic est, qui materialem gladium ad ipsius nutum excutit, & convertit, ut ejus præsidio Pastorum Pastor adjutus, oves sibi creditas spirituali gla-

dio

dio protegendo communiat, temporali refrænat, & corrigat ad vindictam maleficorum, laudem verò credentium, & bonorum.

Ut igitur omnis materia dissensionis, & scandali, seu etiam rancoris occasio inter ipsam Ecclesiam, & Imperium auferantur; & ii duo gladii in domo Domini constituti, debito fœdere copulati seipsos exerceant in utilem reformationem regiminis universi; & Nos in actu voluntatis, & operis inveniamur filii devotionis, & pacis, qui tam Ecclesiam, quàm Imperium confovere tenemur; quicquid per Dominum nostrum Rudolphum Dei gratia Romanorum Regem semper Augustum Sanctissimo Patri, & Domino nostro Domino Nicolao Papæ Tertio, ejusque successoribus, & ipsi Romanæ Ecclesiæ recognitum, confirmatum, ratificatum, innovatum, & de novo donatum, declaratum, sive concessum, juratum, & actum, seu factum est per privilegia, vel quæcumque alia scripta quorumcumque tenorum super recognitionibus, ratificationibus, approbationibus, innovationibus, confirmationibus, donationibus, concessionibus, & factis, seu gestis tam aliorum Imperatorum, & Regum Romanorum, prædecessorum Regis ejusdem, quàm ipsius Regis; & specialiter super fidelitate, obedientia, honorificentia, & reverentia per Romanos Imperatores, & Reges Romanis Pontificibus, & ipsi Ecclesiæ impendendis; ac possessionibus, honoribus, & juribus ejusdem Ecclesiæ, & nominatim super tota terra, quæ est à Radicofano usque Ceperanum, Marchia Anconitana, Ducatu Spoletano, Terra Comitissæ Matildis, Civitate Ravennæ, & Æmilia, Bobio, Cæsena, Foropopuli, Forlivio, Faventia, Imola, Bononia, Ferraria, Comaclo, Adrianis, atque Gabello, Arimino, Urbino, Monteferetri, Territorio Balnensi, Comitatu Britenorii, Exarchatu Ravennæ, Pentapoli, Massa Trabaria, cum

adjacentibus Terris, & omnibus aliis ad prædictam Ecclesiam pertinentibus, cum omnibus finibus, territoriis, atque insulis in terra, marique ad Provincias, Civitates, territoria, & loca prædicta quoquo modo spectantibus; nec non super Civitate Romana, & Regno Siciliæ, cum omnibus ad ipsam spectantibus, tam citra Farum, quàm ultrà; Corsicà quoque, atque Sardinià, & cæteris terris, ac juribus ad ipsam Ecclesiam pertinentibus; Nos nostrì nomine Principatus in omnibus, ac per omnia approbamus, & ratificamus; ac eisdem omnibus, & singulis, & quibuscumque aliis super eisdem per eumdem Regem quoquomodo factis, & in posterum faciendis, voluntatem nostram, assensum, atque consensum unanimiter, & concorditer exhibemus; & promittimus, quòd contra præmissa, vel aliquod præmissorum, nullo unquam tempore veniemus, sed ea omnia, & singula pro posse nostro procurabimus inviolabiliter observari. Et ut hæc nostra voluntas, approbatio, ratificatio, assensus, consensus, atque promissio à nobis eisdem Romanis Pontificibus, & Ecclesiæ in perpetuum observentur, hoc præsens scriptum inde fieri fecimus, nostrorum sigillorum munimine roboratum.

Actum, & Datum Anno Domini MCCLXXIX. Indictione VII. regnante Domino nostro, prædicto Domino Rudolpho Romanorum Rege glorioso, Regni ejus Anno sexto.

Adsunt novem sigilla pendentia, scilicet, Henrici Archiepiscopi Treverensis, Siffridi Archiepiscopi Coloniensis, Varneri Archiepiscopi Maguntini, Ludovici Ducis Bavariæ, Joannis Ducis Saxoniæ, Alberti Ducis Saxoniæ, Friderici Marchionis Brandeburgensis, Ottonis Marchionis Brandeburgensis, ... Marchionis Brandeburgensis. Eorum nomina super sigillis scripta, & apposita sunt.

Di-

Diploma simile di Ottone Marchese di Brandeburgo, e di Lodovico Conte Palatino, del Reno, e Duca di Baviera.

OTTO Dei gratia Marchio Brandeburgensis universis præsentem paginam inspecturis.

Ex Arch. Arcis S. Angeli.

COmplectens ab olim sibi Romana Mater Ecclesia quasi quadam germana charitate Germaniam, illam eo terreno dignitatis nomine decoravit, quod est super omne nomen temporaliter tantùm præsidentium super terram, plantans in ea Principes tanquam arbores præelectas, & rigans ipsas gratia singulari, illud eis dedit incrementum mirandæ potentiæ, ut ipsius Ecclesiæ auctoritate suffulti, velut germen electum per ipsorum electionem, illum qui fræna Romani teneret Imperii, germinarent. Hic est illud luminare minus in firmamento militantis Ecclesiæ per luminare majus Christi Vicarium illustratum. Hic est, qui materialem gladium ad ipsius nutum excutit, & convertit, ut ejus præsidio Pastorum Pastor adjutus, oves sibi creditas spirituali gladio protegendo communiat, temporali refrænat, & corrigat ad vindictam maleficorum, laudem verò credentium, & bonorum.

Ut igitur omnis materia dissensionis, & scandali, seu etiam rancoris occasio inter ipsam Ecclesiam, & Imperium auferantur; & ii duo gladii in domo Domini constituti, debito fœdere copulati seipsos exerceant in utilem reformationem regiminis universi; & Nos in actu voluntatis, & operis inveniamur filii devotionis, & pacis, qui tam Ecclesiam, quàm Imperium confovere tenemur; quicquid per Dominum nostrum Rudolphum

Dei

Dei gratia Romanorum Regem ſemper Auguſtum Sanctiſſimo Patri, & Domino noſtro Domino Nicolao Papæ Tertio, ejuſque Succeſſoribus, & ipſi Romanæ Eccleſię recognitum, confirmatum, ratificatum, innovatum, & de novo donatum, declaratum, ſive conceſſum, juratum, & actum, ſeu factum eſt per privilegia, vel quæcumque alia ſcripta quorumcumque tenorum ſuper recognitionibus, ratificationibus, approbationibus, innovationibus, confirmationibus, donationibus, conceſſionibus, & factis, ſeu geſtis tam aliorum Imperatorum, & Regum Romanorum, prædeceſſorum Regis ejuſdem, quàm ipſius Regis & ſpecialiter ſuper fidelitate, obedientia, honorificentia, & reverentia per Romanos Imperatores, & Reges Romanis Pontificibus, & ipſi Eccleſiæ impendendis; ac poſſeſſionibus, honoribus, & juribus ejuſdem Eccleſiæ; & nominatim ſuper tota terra, quæ eſt a Radicoſano uſque Ceperanum, Marchia Anconitana, Ducatu Spoletano, TERRA COMITISSÆ MATILDIS, Civitate Ravennæ, & Æmilia, Bobio, Cæſena, Foropopuli, Forlivio, Faventia, Imola, Bononia, Ferraria, COMACLO, Adrianis, atque Gabello, Arimino, Urbino, Monteferetri, Territorio Balnenſi, Comitatu Britenorii, Exarchatu Ravennæ, Pentapoli, Maſſa Trabaria, cum adjacentibus Terris, & omnibus aliis ad prædictam Eccleſiam pertinentibus, cum omnibus finibus, territoriis, atque inſulis in terra, marique ad Provincias, Civitates, territoria, & loca prædicta quoquo modo ſpectantibus; nec non ſuper Civitate Romana, & Regno Siciliæ, cum omnibus ad ipſam ſpectantibus, tam citra Farum, quàm ultrà; Corſicà quoque, atque Sardinià, & cæteris terris, ac juribus ad ipſam Eccleſiam pertinentibus; Nos noſtrì nomine Principatus in omnibus, ac per omnia approbamus, & ratificamus; ac eiſdem omnibus, & ſingulis, & quibuſcumque aliis ſuper eiſdem per eumdem

dem Regem quoquo modo factis,& in posterum faciendis, voluntatem nostram, assensum, atque consensum irrevocabiliter exhibemus: & promittimus, quod contra præmissa, vel aliquod præmissorum, nullo unquam tempore veniemus, sed ea omnia, & singula pro posse nostro procurabimus inviolabiliter observari. Et ut hæc nostra voluntas, approbatio, ratificatio, assensus, consensus, atque promissio à nobis eisdem Romanis Pontificibus, & Ecclesiæ in perpetuum observentur, hoc præsens scriptum inde fieri fecimus, nostrorum sigillorum munimine roboratum.

Datum, & Actum anno Domino MCCLXXIX. II. Idus Septembris regnante prædicto Domino nostro D. Rudolpho Romanorum Rege glorioso, Regni ejus Anno sexto.

Adest sigillum pendens.

LUDOVICUS Dei gratia Comes Palatinus Rheni Dux Bavariæ universis præsentem paginam inspecturis salutem in Auctore salutis.

COmplectens ab olim &c. ut in præcedenti, *nisi quod pag.* 389. *lin.* 16. *pro* malorum, *habet* malefactorum, *&* *pag.* 390. *lin.* 4. *pro* innovatum, de novo datum declaratum, sive concessum, *habet* innovatum de novo donatum, declaratum, concessum; *& pag.* 391. *lin.* 3. *pro* consensum irrevocabiliter exhibemus, *habet* consensum spontè, ac irrevocabiliter exhibemus. *Differt etiam in data, hoc pacto.* Actum & Datum anno Domini MCCLXXIX. XIV. Kal. Aprilis Indictione VII. Regnante Domino nostro prædicto Domino Rudolpho Romanorum Rege glorioso Regni ejus anno VI.

Adest sigillum pendens.

Di-

Diploma del giuramento di Alberto I., col quale riconosce, e confessa avere la Sede Apostolica trasferito l'Imperio da' Greci in Carlo Magno, e concesso il jus di eleggere l'Imperadore di Occidente ad alcuni Prencipi Ecclesiastici, e Secolari; e ratifica, conferma, rinuova, e giura tutto quello, ch'era stato giurato, confermato, fatto, e promesso da Ridolfo, e dagli altri Imperadori suoi Antecessori.

Sanctissimo in CHRISTO Patri & Domino suo, D.BONIFACIO, Divina providentia Sacrosanctæ Romanæ ac Universalis Ecclesiæ Summo Pontifici, ALBERTUS Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, devota pedum oscula Beatorum.

Somm. num. 27. *Ex Arch. Arcis S. Angel.*

PRofiteor Sanctissime Pater & Domine, me bonorum omnium Largitori, ac Vobis & Ecclesiæ Sanctæ suæ fore pro innumeris misericordiis, & immensis beneficiis obligatum. Profiteor, quod desiderii mei recepi desideratum effectum, & diffiteri non audeo, quod in eo plus, quàm desiderare sciverim, adinveni, mirans sic in præteritis esse provisum, quod de his, quæ circa talia in futuro peti poterunt, spes miserationis habetur; assurgens itaque Deo, & Sanctitati Vestræ, ac

ac eidem Ecclesiæ Matri meæ ad gratiarum devotissimas, & humillimas actiones, totum me devoveo, totumque me offero, & expono ad gratificationis debitum per omnia, in quantum humanæ imbecillitatis conditio patitur, exolvendum. Ad hæc licet pridie antequam circa negotium electionis de me ad Romanum Regnum, & Imperium celebratæ, ac alia, quæ in hac parte incumbebant, esset per Sanctitatis Vestræ beneficentiam mei Status essentia solidata, fecerim infrascripta, & super eis meas patentes literas Beatitudini Vestræ duxerim destinandas, ac in solidatione hujusmodi procuratores mei, ad hoc specialiter constituti, ea in vestra præsentia innovaverint; ecce nunc tamen, ut gratus reddar, & ipsa in majori firmitate procedant, illa duxi præsentibus innovanda. Recognoscens igitur, QUOD ROMANUM IMPERIUM PER SEDEM APOSTOLICAM DE GRÆCIS TRANSLATUM EST IN PERSONA MAGNIFICI CAROLI; ET QUOD JUS ELIGENDI ROMANORUM REGEM, IN IMPERATOREM POSTMODUM PROMOVENDUM, CERTIS PRINCIPIBUS ECCLESIASTICIS, ET SÆCULARIBUS EST AB EADEM SEDE CONCESSUM, a qua Reges & Imperatores, qui fuerunt & **erunt pro tempore**, recipiunt temporalis gladii potestatem ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum, pia devocione, & sincero corde profiteor, QUOD ROMANORUM REGES IN IMPERATORES POSTMODUM PROMOVENDI, PER SEDEM EANDEM AD HOC POTISSIME AC SPECIALITER ASSUMUNTUR, UT SINT SANCTÆ ROMANÆ ECCLESIÆ ADVOCATI, CATHOLICÆ FIDEI AC EJUSDEM ECCLESIÆ PRÆCIPUI DEFENSORES. Quapropter & ego & alii Romanorum Reges, & Imperatores, qui erunt pro tempore, totis viribus ab illis abstinere debemus, quæ ipsi Ecclesiæ possunt esse nociva, & per quæ inter vos Dominum meum, qui nunc Apostolicæ Sedi feliciter præestis, & Successores ve-

ſtros, qui canonicè intrabunt, & me ac Romanorum Reges & Imperatores, qui erunt in antea, poſſent ſcandala ſuſcitari, & materia diſſenſionis oriri: & debemus illa devotis & ferventibus affectibus promovere, ex quibus Chriſtianitati tranquillitas, pax & quies proveniat, diſſidia & mala tollantur, per quæ paterna ſinceritas & vera dilectio, quas Vos, & Romanam Eccleſiam ſupradictam ad me habituros fiducia firma confido, minui vel offuſcari valerent. Juro etiam, tactis Sacroſanctis Evangeliis, quod ero fidelis & obediens Beato Petro, & vobis veſtriſque Succeſſoribus canonicè intrantibus, Sanctæque Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ. Non ero in conſilio, conſenſu, vel facto, ut vitam perdatis aut membrum, aut capiamini mala captione. Conſilium, quod vos vel ipſi michi credituri eſtis per vos, aut per Nuntios veſtros, ſive per literas, ad veſtrum vel eorum damnum nemini pandam, me ſciente: & ſi ſcivero fieri vel procurari, ſive tractari aliquid, quod ſit in veſtrum vel ipſorum damnum, illud pro poſſe impediam, & ſi impedire non poſſem, illud Vobis, & eis ſignificare curabo. Papatum Romanum & Regalia S. Petri adjutor ero ad retinendum, defendendum, & recuperandum, ac recuperata manutenendum contra omnem hominem, Divino fultus auxilio, ſecundum meum ſcire & poſſe. Et recognoſco & fateor omnia & ſingula, quæ a divæ memoriæ Rudolpho Patre meo Romanorum Rege, & etiam a quibuſcumque Prædeceſſoribus ejus Romanorum Regibus, vel Imperatoribus ſive ſuper fidelitatis juramento, ſive ſuper quibuſcunque aliis recognita, confeſſata, promiſſa, facta, jurata, confirmata, innovata, remiſſa, ſeu de novo donata fuerunt, ſimul, vel diverſis temporibus, & ipſa ratifico, innovo, & confirmo, & ea juro, & promitto me inviolabiliter ſervaturum; & ex nunc ſimilia in

præ-

præsentibus literis meis patentibus meo magno signatis sigillo, remitto, facio, & de novo concedo. Omnia etiam & singula privilegia, liberationes, donationes, concessiones, recognitiones, confessiones, traditiones, remissiones, & gratias ab eisdem claræ memoriæ Patre meo, seu etiam a Regibus vel Imperatoribus Prædecessoribus ejus, aut ipsorum aliquo vel aliquibus confessata, innovata, recognita, seu confirmata, facta sunt seu concessa, aut remissa, vel donata de novo, de quibuscunque juribus, seu rebus, bonis, aut libertatibus, vel aliis quibuscumque, ratifico, approbo, confirmo, & facio, & de novo concedo, prout magis ipsi Sedi poterunt expedire. Statuo insuper, facio, & concedo quæcunque per claræ memoriæ Ludovicum Imperatorem Augustum tempore bonæ memoriæ Paschalis Papæ, & a claræ memoriæ Othone Rege tempore felicis recordationis Joannis Papæ statuta vel jurata, recognita, facta, seu concessa fuerunt, sicut in capitulis positis in LXIII. dist. continentur in corpore decretorum, quorum unum incipit: Ego Ludovicus Imperator; & aliud incipit: Tibi Domino Joanni Papæ; & omnia & singula contenta in unoquoque ipsorum capitulorum, ipsaque promitto me inviolabiliter servaturum. Devotionem quoque & reverentiam filialem vobis Domino meo Summo Pontifici, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ reverenter exhibeo & devotè: & ut devotionem & zelum, quos ad vos gero, & exaltationem ipsius Romanæ Ecclesiæ efficaciter per operis exhibitionem ostendam, paratum me offero, Vos & Apostolicæ Sedis Primatum ac jura, & libertates vestras, ac dictæ Sedis contra omnem hominem defendere & tueri, & esse contra quoscunque hostes, & rebelles, adversarios seu inimicos Sedis ejusdem, cujuscunque fuerint præeminentiæ, ordinis, dignitatis, aut status,

 etiam-

etiamsi Regali vel Imperiali præfulgeant dignitate; nec cum talibus, vel eorum, vel aliquibus, amicitiæ, conjurationis, confœderationis, aut societatis, vel ligaminis fœdus ineam, nec servabo, si quod forsan inivi cum aliquo, vel aliquibus, qui nunc sunt, vel, quod absit, erunt in hostilitate, rebellione, adversitate, seu inimicitia vestra, & Romanæ Ecclesiæ memoratæ; quin potius ad mandatum vestrum Successorumque vestrorum, vel Ecclesiæ supradictæ talibus guerram movebo, & pro posse impugnabo eosdem. Prælatos, Ecclesias, Monasteria, Capitula, Conventus, Personas Ecclesiasticas, Regulares, & Sæculares, scienter injustè aut injuriosè non offendam; sed ipsa in suis juribus, bonis, libertatibus, & immunitatibus, prout & quantum in me fuerit, conservabo. Contra libertates, & bona ac jura sæpedictæ Romanæ Ecclesiæ non veniam; sed ea defendam, & ad defendendum juvabo, & de nullo, quod ad ipsam Sedem pertinet, vel pertinebit, me contra ejus beneplacitum intromittam: etsi Divino fultus auxilio, velim intrare Italiam, meum adventum seu introitum Vobis Domino meo Summo Pontifici, ac eidem Sedi antè significabo; & a Vobis & ab ea requiram humiliter, & fideliter, ut mihi super meo introitu & adventu Vos & Sedes ipsa dignemini paterni favoris auxilium impertiri. Item jura Romani Regni & Imperii defendere, & recuperare studebo secundum scire meum & posse, prout Divino fultus adjutorio fuero. Insuper omnia & singula supradicta, & infrascripta juro me bona fide & inviolabiliter servaturum, & contra non venturum scienter. Ad hæc promitto, & juro tactis Sacrosanctis Evangeliis, quod ad quemcumque gradum, & statum cujuscunque eminentiæ seu dignitatis, aut solium quantumcunque sublime, quocunque nomine censeatur, ascendero, seu promotus vel assumptus fuero,

ro, ſupradicta omnia & ſingula confirmabo, innovabo, & etiam de novo faciam & concedam, verbis competenter mutatis; ac vobis Domino meo Papæ, veſtriſque Succeſſoribus canonicè intrantibus, & Apoſtolicæ Sedi ſuper his patentes literas meo magno ſigillo ſignatas, & etiam Bulla aurea, cum illa me uti contigerit, faciam aſſignari. In quorum omnium teſtimonium evidens, atque robur ſigillum meum Regium præſentibus eſt appenſum.

Datum apud Nuremberg anno Domini MCCCIII. Indictione prima XVI. Kalendas Auguſti, Regni verò mei Anno V.

Loco ✝ ſigni
Pendet ſigillum cereum.

Pri-

Privilegio o Bolla d'oro di Arrigo VII., colla quale dopo la Coronazione ratifica il giuramento da se antecedentemente dato in favore della Sede Apostolica alla quale riconosce spettare totalmente, ed appartenere con pienissimo diritto l'Esarcato, la Pentapoli, la Romagna, e le altre Provincie da lei possedute, e di non esercitare in esse giurisdizione, o carica alcuna di Podesteria, o Capitanato, o di qualunque altro nome, o sorte, che si fosse.

Sanctissimo in CHRISTO Patri & Domino suo Domino CLEMENTI, Sacrosanctæ Romanæ ac Universalis Ecclesiæ Summo Pontifici HENRICUS, Divina favente clementia, Romanorum Imperator semper Augustus, cum reverentia debita devota pedum oscula Beatorum.

Somm. num. 28. *Ex Arch. Castri S. Angeli.*

DUdum, antequam susceperimus Imperii diadema, in humilitatis spiritu, quæ virtutum comprobatur origo, sicut Sanctæ Matris Ecclesiæ Filius nostræ devotionis ac fidei zelum Vobis & ipsi Ecclesiæ ferventi desiderio ostendere cupientes, reverenter in manibus discreti viri Joannis de Molaris Scholastici Tullensis Capellani vestri, de mandato per vos ei facto, vestro, Eccle-

Ecclesiæ prædictæ, & Sedis Apostolicæ nomine recipientis, Sacrosanctis Evangeliis corporaliter per Nos tactis, præstitimus juramentum, quod tenor literarum nostrarum super hoc confectarum nostro Regio pendenti munitarum sigillo continet, seriose promittentes, nosque firmiter obligantes cum omni efficacia & effectu, quod post Imperialis diadematis a nobis coronationem susceptam omnia in juramento & literis contenta prædictis ratificaremus, confirmaremus, recognosceremus, faceremus, servaremus, atque juraremus, & de his omnibus infra octo dies post coronationem hujusmodi ad perpetuam rei memoriam, ac vestram, & Successorum vestrorum, & Ecclesiæ ac Sedis prædictorum securitatem, atque cautelam vobis patenter quadruplicatas Imperialis Majestatis typario communitas concederemus literas hujusmodi literarum nostrarum seriem continentes, quæ talis est.

Sanctissimo in Christo Patri & Domino suo, Domino Clementi Sacrosanctæ Romanæ ac Universalis Ecclesiæ Summo Pontifici Henricus, Dei gratia, Romanorum Rex semper Augustus cum reverentia debita pedum oscula Beatorum. Ferventi desiderio cupientes Sanctitatis vestræ pedibus, & Apostolicæ Sedi toto corde & animo zelum nostræ reverentiæ, fidei, & devotionis offerre, vestris sanctis monitis, exhortationibus, & mandatis nos pro viribus coaptando, & honorem vestrum, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, ac aliarum Ecclesiarum jura diligere, & pro posse protegere, atque servare; attendentes propensius, quod nihil est, quod lumine clariore præfulgeat, quàm recta fides in Principe, nihilque est, quod ita nequeat occasui subjacere, quàm vera religio; & quod ad Dei timorem servandum, mandataque ejus custodienda factus est omnis homo, sed præcipuè Imperialis & Regalis potestas, quæ a Domino

Extat autographũ hujus privilegii separatim cum sigillo cereo in eod. Arch.

no Deo est, & ad ejus ministerium exequendum, ad fidem & reverentiam sui nominis dilatandam in omnes regiones, & Regna; promittimus & obligamus nos cum omni efficacia Deo Omnipotenti, vobisque Domino nostro Clementi Summo Pontifici, vestrisque Successoribus, ac Sacrosanctæ Sedi Apostolicæ, & Romanæ Ecclesiæ, quæ Ecclesiarum omnium Caput est & Magistra; quod Sacrosanctam Catholicam & Apostolicam Ecclesiam, fidemque Catholicam fundatam supra fundamentum Apostolorum & Prophetarum, ipso scilicèt angulari lapide Christo Jesu, in quo omnis ædificatio constructa crescit in Templum Sanctum in Domino, in cujus nomine omne genuflectitur cœlestium, terrestrium, & infernorum, nec est nomen aliud sub Cœlo, in quo salvari oporteat credentes, toto corde & animo, pura fide, & sancta intentione conservabimus, reverebimur, atque defendemus totis viribus & toto posse; ac omnem hæresim & schisma extollentem se contra Sanctam Catholicam & Apostolicam Ecclesiam exterminabimus pro viribus; & omnes hæreticos, cujuscumque sectæ vel conditionis existant, facies quidem habentes diversas, sed caudas ad invicem colligatas, quibus vineam Domini Dei Sabaoth perdere, & vastare nituntur; omnesque fautores, adjutores, valitores, & receptores ac defensores eorum: & quod nullo tempore conjungemur, confœderabimur parentela vel fœdere, vel unione quacumque cum quocunque Saraceno vel Pagano, vel Schismatico Rege, vel Principe, vel cum quocunque alio fidei Catholicæ communionem non habente, neque cum aliquo rebelle vel inimico ipsius Romanæ Ecclesiæ, vel eidem manifestè suspecto.

Item promittimus & obligamus nos cum omni efficacia & effectu, quod personam vestram, statum, & ho-

honorem, & Succeſſorum veſtrorum contra quemcumque ſeù quoſcumque homines, cujuſcumque ſtatus, præeminentiæ, vel dignitatis exiſtant, conſervabimus, defendemus, & manutenebimus; nec non omnia privilegia Regum, & Principum & Imperatorum Romanorum Prædeceſſorum noſtrorum cujuſcumque tenoris, & continentiæ exiſtant, quocumque tempore conceſſa Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, ac Romanis Pontificibus, & Sedi Apoſtolicæ & quibuſcumque Eccleſiis, Prælatis, & Miniſtris ipſarum conſervabimus, & manutenebimus: nec aliquo unquam tempore contraveniemus, nec aliquem, quantùm in nobis erit, venire permittemus, quacumque occaſione vel titulo allegato juris vel facti: immo ad perpetuam rei memoriam, & Sanctæ Eccleſiæ ſecuritatem atque cautelam ipſa privilegia omnia, pro nobis & Succeſſoribus noſtris ratificamus, & confirmamus, recognoſcimus, innovamus, & de novo concedimus, prout melius & plenius poſſumus ex certa ſcientia cum omni efficacia & effectu: volentes ac etiam decernentes, quod iſta generalis ratificatio, confirmatio, recognitio, innovatio, de novo conceſſio perinde robur obtineant perpetuæ firmitatis, ac ſi omnia & ſingula Privilegiorum verba ſingulariter & expreſsè ac de verbo ad verbum præſentibus inſerta fuiſſent. Specialiter autem & expreſsè cum omni effectu & efficacia ſupradictis ratificamus, confirmamus, recognoſcimus, & innovamus, & de novo concedimus omnia Privilegia Conſtantini, Caroli, Henrici, Ottonis IV., Frederici Secundi, atque Radulphi Regum & Principum ſeu Imperatorum Romanorum quocumque tempore conceſſa ſuper quibuſcumque, cujuſcumque continentiæ vel tenoris exiſtant, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, Romaniſque Pontificibus, & Sedi Apoſtolicæ.

Promittimus etiam & obligamus Nos cum omni

efficacia & effectu, omni jure & forma, quo melius & efficacius fieri potest, manutenere & conservare omnia Privilegia, cujuscumque tenoris vel conditionis existant, & nullo unquam tempore contravenire, vel aliquo modo, quantùm in nobis est, venire permittemus quacumque occasione, vel causa, vel titulo allegato juris vel facti per quoscumque Reges & Principes, seu Imperatores Romanorum, & præcipuè per supradictos Constantinum, Carolum, Henricum, Othonem Quartum, & Fredericum Secundum, atque Radulphum concessa Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & Romanis Pontificibus & Apostolicæ Sedi super recognitione, innovatione, avocatione, concessione, quitacione, renuntiatione, & libera dimissione terrarum, & Provinciarum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ ubicumque positarum; præcipuè Marchiæ Anconitanæ cum omnibus Civitatibus, terris, limitibus, terminis, & confinibus integraliter, & cum omnibus juribus & jurisdictionibus earumdem, Exarchatus Ravennæ, & Pentapolis, ac Romaniolæ, & Bertenorii Comitatus, cum Civitate Bononiæ & cum omnibus Civitatibus, terris, limitibus, terminis, & confinibus integraliter, & cum omnibus juribus & jurisdictionibus earundem; Vallis quoque, quæ Spoletana dicitur, sive Ducatus, cum Civitatibus Perusii, atque Castelli, & cum omnibus Civitatibus, terris, limitibus, terminis, & confinibus integraliter, & cum omnibus juribus, & jurisdictionibus eorundem; Massæ quoque, quæ Trabaria nuncupatur, cum omnibus Civitatibus, terris, limitibus, terminis & confinibus integraliter, & cum omnibus juribus, & jurisdictionibus earundem; Patrimonii etiam B. Petri in Tuscia cum Civitatibus Tudertini, Narniæ, Urbisveteris, & Reate, & cum omnibus Civitatibus, terris, limitibus, & confinibus integraliter, & omnibus juribus, & jurisdictionibus

nibus

nibus earumdem; Comitatus quoque Sabinæ cum Civitate Interamnensi, & cum arce Cesarum & terra, quę dicitur Arnulphorum, cum omnibus Civitatibus, terris, limitibus, terminis, & confinibus integraliter, & cum omnibus juribus, & jurisdictionibus earundem; Comitatus quoque Campaniæ atque Maritimæ cum omnibus Civitatibus, terris, limitibus, terminis, & confinibus suis integraliter, & cum omnibus jurisdictionibus earundem.

Ex superabundanti de novo, et ad majorem cautelam supradictas omnes terras atque Provincias cum omnibus juribus, jurisdictionibus, terminis, limitibus, confinibus earundem, et jus ac possessionem et proprietatem ipsarum cum omni plenitudine recognoscimus jure plenissimo ad jus et proprietatem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ spectare, ac omnimodè pertinere: ac ipsas omnes terras, atque provincias de novo avocamus, innovamus, atque concedimus, quitamus liberè, & dimittimus, restituimus, & renuntiamus: nec non ad omnem scrupulum removendum, & ut pax, quies, atque tranquillitas inter Ecclesiam & Imperium jugiter vigeat, & futuris, dante Domino, temporibus feliciter augeatur, & omnis contentionis & dissensionis cujuslibet materia præcludatur, prout melius, & efficacius fieri & intelligi potest, concedimus ipsas, conferimus, & donamus de novo, promittentes & obligantes Nos, prout plenius & efficacius possumus, quod nullo unquam tempore occupabimus vel occupari, quantùm in nobis est, permittemus Civitates, loca, castra, terras, & provincias supradictas, vel aliquam ipsarum vel earum partem; nec in ipsis, vel aliqua ipsarum, vel earum parte jurisdictionem aliquam per nos, vel per alium geremus vel exercebimus, nec jura aliqua, posses-

SIONES, VEL TENUTAS HABEBIMUS VEL POSSIDEBIMUS IN EISDEM TERRIS, VEL PROVINCIIS, VEL ALIQUA IPSARUM VEL EARUM PARTE; NEC OFFICIUM ALIQUOD GEREMUS PER NOS VEL PER ALIUM POTESTARIÆ VEL CAPITANIÆ, SEÙ QUOCUMQUE NOMINE CENSEATUR, in ipſis, vel aliqua ipſarum, vel earum parte, & quod tanquam Princeps Catholicus, advocatus, & defenſor Sanctæ Romanæ Eccleſiæ juvabimus ipſam, ſibique aſſiſtemus contra quoſcumque occupantes, invadentes, vel turbantes provincias ipſas, civitates, loca, caſtra, vel terras, vel aliquam ipſarum, ſeù earum partem, & quoſcumque inobedientes, ſeù rebelles Eccleſiæ, præcipuè in provinciis, civitatibus, locis, caſtris, & terris eiſdem in nullo fovebimus, vel manutenebimus, ſeù per quoſcumque foveri vel manuteneri, quantum in nobis eſt, permittemus; ſed contra ipſos aſſiſtemus auxiliis, conſiliis, & favoribus opportunis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, ac Romanis Pontificibus, & Apoſtolicæ Sedi, quouſque rebelles, & ſubditi ad plenam reverentiam, & obedientiam reducantur.

Promittimus quoque Sanctam Romanam Eccleſiam, & Eccleſias alias, ac libertatem Eccleſiaſticam, & bona, jura, Prælatos, & Miniſtros ipſarum manutenere, conſervare, ac pro viribus defenſare; vaſſallos quoque Romanæ Eccleſiæ contra juſtitiam non offendere, & quoslibet devotos & fideles Eccleſiæ, etiam in Imperio conſtitutos, benignè tractabimus, & contra juſtitiam non opprimemus, neque per alium, quantùm in nobis eſt, opprimi permittemus, ſed conſervabimus in juribus & juſtitiis eorundem. Prædicta autem omnia & ſingula inviolabiliter obſervare, & obſervari facere, & nullo unquam tempore contravenire juravimus ad Sancta Dei Evangelia, tacto libro in manibus diſcreti Viri Joannis de Molans Scholaſtici Eccleſiæ Tullenſis

veſtri

vestri Capellani nomine Romanæ Ecclesiæ & Sedis Apostolicæ, ac vestro, & de vestro mandato specialiter recipientis, de qua etiam receptione tam per nostras præsentes, quàm per ipsorum recipientium literas, seù Instrumentum publicum plenè constat. Et ad prædictorum omnium perpetuam rei memoriam, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ ac Sedis Apostolicæ, & Romanorum Pontificum securitatem atque cautelam præsentes literas Regiæ Majestatis sigillo munitas fecimus communiri, promittentes, & obligantes Nos cum omni efficacia & effectu, quod post Imperialis diadematis coronationem susceptam prædicta omnia ratificabimus, confirmabimus, & recognoscemus, & faciemus, & servabimus, atque jurabimus; & de supradictis omnibus infra octo dies nostras patentes dabimus literas quadruplicatas, harum seriem continentes ad perpetuam rei memoriam, & ad securitatem, & cautelam vestram, & Successorum vestrorum & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ & Apostolicæ Sedis, Imperialis Majestatis typario communitas. Datum Lausannæ v. Idus Octobris Anno Domini MCCCX. Regni verò nostri anno Secundo.

Tantò itaque ferventius ad Sanctitatem vestram, Sanctam Romanam Ecclesiam, & Apostolicam Sedem zelo fidei & devotionis accensi, quantò sumus amplius per susceptionem Imperialis diadematis divinæ gratiæ munere sublimati, omnia in juramento & literis contenta prædictis ratificamus, confirmamus, recognoscimus, & ea servabimus, & etiam faciemus ac prædicta omnia & singula inviolabiliter observare, & observari facere, & nullo unquam tempore contravenire de novo juramus ad Sacrosancta Dei Evangelia, corporaliter tacto libro, in manibus Venerabilium Dominorum miseratione Divina Arnaldi Sabinensis Apostolicæ Sedis Legati, & Fratris Nicolai Ostiensis, & Velletren. Episcopo-

ſcoporum nomine Romanæ Eccleſiæ, Sedis Apoſtolicæ, ac veſtro, & de mandato veſtro ſpecialiter recipientium: de qua receptione tam per noſtras præſentes, quàm per ipſorum recipientium literas plenè conſtat. Et ad prædictorum omnium perpetuam rei memoriam, ac S. R. E., Sedis Apoſtolicæ, & Romanorum Pontificum ſecuritatem atque cautelam, præſentes literas quadruplicatas, tenore prædictarum literarum noſtrarum eis inſerto, Imperialis Majeſtatis typario communitas, juxta promiſſionem & obligationem noſtras prædictas Sanctitati veſtræ conceſſimus, & eas per eoſdem Dominos Sabin., & Oſtien. Epiſcopos duximus tranſmittendas.

Datum Romæ apud S. Sabinam II. Nonas Julii, anno Domini milleſimo trecenteſimo duodecimo. Regni noſtri anno Quarto, Imperii verò noſtri anno I.

Loco ✝ ſigilli.

Extant quadruplicatæ cum ſigillo aureo.

Pri-

Privilegio di Carlo IV. spedito dopo la di lui coronazione, in cui è inserito altro suo diploma, o Bolla data in Trento nel mese di Marzo nell'Anno 1347., ed altra di Arrigo VII., col quale ratifica, conferma, e rinova tutt'i giuramenti, obbligazioni, privilegj, e promesse da lui fatte nell'antecedente Bolla, o diploma, annullando, e cassando tutti gli attentati, e atti fatti in pregiudizio della Romana Chiesa da Lodovico il Bavaro, e dal sopraddetto Arrigo suo Avo.

Somm. num. 29. *Ex Arch. Arcis S. Angeli.*

SAnctissimo in Christo Patri, & Domino suo Domino Innocentio digna Dei providentia Sacrosanctæ Romanæ, ac universalis Ecclesiæ Summo Pontifici Carolus Quartus Divina favente Clementia Romanorum Imperator semper Augustus, & Boemiæ Rex cum reverentia debita, ac devota pedum oscula beatorum. Sanctissime Pater, & Domine Reverendissime. Literas Sanctitatis Vestræ, quas Clementia Vestra Nobis curavit trasmittere, de manibus Reverendi in Christo Patris Domini Petri Ostien. Episcopi Apostolicæ Sedis Nuncii amici nostri carissimi in Civitate nostra Senarum in Imperiali Palatio cum reverentia debita, & honore congruo devotè suscepimus: Quarum tenor sequitur in hæc verba: Innocentius Episcopus Servus Servorum Dei. Carissimo in Christo Filio Carolo Regi Romanorum Illustri salutem, & Apostolicam benedictionem. Sicut filius Benedi-

nedictionis, & gratiæ humilitatis à Domino virtute præventus, devotionis, & fidei tuæ zelum Romanæ Ecclesiæ Matri tuæ olim offerens, reverenter juramentum, quod series infrascriptarum literarum tuo pendenti munitarum sigillo continet seriosiùs, dudum in manibus bonæ memoriæ Geraldi Episcopi Tridentini tunc Archidiaconi de Bantesio in Ecclesia Constantiensi, Capellani Sedis Apostolicæ, de mandato per fel. rec. Clementem Papam VI. Prædecessorem nostrum eidem Geraldo facto, Prædecessoris, & Ecclesiæ prædictorum, ac Apostolicæ Sedis nomine recipientis, tactis per Te Sacrosanctis Evangeliis, sicut per easdem literas plenè constat, corporaliter præstitisti, promittens, teque firmiter obligans cum omni efficacia, & effectu, quod post Imperialis Diadematis à Te coronationem susceptam omnia in juramento, & literis contenta prædictis ratificares, confirmares, recognosceres, faceres, servares, & jurares, ac de supradictis omnibus infra octo dies tuas patentes literas dares quatruplicatas prædictarum literarum seriem continentes ad perpetuam rei memoriam, & ad securitatem, & cautelam dicti Prædecessoris, & successorum ipsius, ac Romanæ Ecclesiæ, ac Sedis Apostolicæ prædictorum Imperialis Majestatis typario communitas: Quare magnificentiam Regiam paterno rogamus, & hortamur affectu, quatenus ut devotionis, & fidei, ac reverentiæ fervorem hujusmodi, cum tuæ promotionis, & exaltationis augmento præclara tuæ celsitudinis gesta erga Nos, & præfatam Ecclesiam crevisse demonstres, in manibus dilecti Filii Egidii Tituli Sancti Clementis Presbyteri Cardinalis Legati Venerabilis Fratris nostrorum Petri Episcopi Ostien. Nuncii Sedis Apostolicæ, vel alterius eorumdem, quos ad tui præsentiam duximus destinandos, quibusve, & cuilibet eorumdem insolidum juramenti, & aliorum prædictorum omnium, & singulorum receptionem per nostras literas

spe-

ſpeciales commiſimus, poſt ſuſceptum per te, ut præmittitur, ipſius Imperiale diadema, omnia in juramento, & literis contenta prædictis ratifices, confirmes, recognoſcas, facias, ſerves, ac præſtes de novo ſimile juramentum: Nobiſque ſuper his omnibus, & ſingulis juxta tuam promiſſionem, & obligationem eaſdem prædictas literas quadruplicatas ejuſdem Imperatoris Majeſtatis typario communitas, in eis tenore prædictarum tuarum literarum inſerto, concedas, illaſque Nobis per eoſdem, vel alterum eorumdem tranſmittas: Tenorem autem prædictarum literarum tuarum, ut de ipſis plenam certitudinem habeas de verbo ad verbum præſentibus inſeri fecimus, qui talis eſt:

Sanctiſſimo in Chriſto Patri, & Domino ſuo Domino Clementi Sacroſanctæ Romanæ, & univerſalis Eccleſiæ Summo Pontifici, Carolus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, & Boemiæ Rex, cum reverentia debita, & devota, pedum oſcula Beatorum. Summis, & ferventibus deſideriis in ſpiritu humili cupientes Sanctitatis Veſtræ pedibus, & Apoſtolicæ Sedi toto corde, & animo zelum noſtræ reverentiæ, fidei, & devotionis offerre, veſtris ſanctis diſpoſitionibus, monitis, exhortationibus, & mandatis, Nos pro totis viribus coaptando, reverenter, & devotè in manibus diſcreti viri Magiſtri Geraldi de Magnaco Archidiaconi de Balthefio in Eccleſia Conſtantienſi Capellani veſtri, veſtræ Sanctæ Romanæ, ac univerſalis Eccleſiæ, & Sedis Apoſtolicæ nomine, de mandato veſtro ſpeciali eidem ſuper hoc facto recipienti promiſſiones, juramenta, & conceſſiones omnes, & ſingulas infraſcriptas ſigillatim, & ſpecificè, tactis Sacroſanctis Evangeliis, renovavimus, renovamus, fecimus, & de novo facimus, præſtitimus, & præſtamus, approbavimus, & approbamus,

ratificavimus, & ratificamus, & primò facimus, præstamus, concedimus, & promittimus omnia juramenta, omnes obedientias, promissiones, concessiones, donationes, ratificationes, confirmationes, & cætera omnia, quæ claræ memoriæ Dominus Henricus ultimus Imperator Avus noster per se, vel per alium, seù alios fecit, præstitit, promisit, concessit, & confirmavit: nec non & omnia alia juramenta, obedientias, promissiones, concessiones, donationes, ratificationes, & confirmationes, & cætera omnia, quæ olim electi in Reges Romanorum, & assumpti ad Imperium, sivè etiam non assumpti, sivè antequam assumerentur, sivè post per se, vel alios, Summis Pontificibus, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, seu eorum alteri, per se, vel per alios reperientur suis temporibus præstitisse, fecisse, ac confirmasse, seù quomodolibet concessisse. ITEM OMNES PROCESSUS FACTOS, ET QUASLIBET SENTENTIAS LATAS, ET QUÆCUMQUE ALIA, QUOCUNQUE NOMINE CENSEANTUR ROMÆ, SEU UBICUNQUE ALIBI GESTA PER LUDOVICUM DE BAVARIA, PER ECCLESIAM DE HÆRESI, ET SCHISMATE JUSTO JUDICIO CONDEMPNATUM, AC PRIVATUM OMNI JURE, SI QUOD PER ELECTIONEM IN REGEM ROMANORUM DE IPSO FACTAM EI FUERAT ACQUISITUM, SEU PER ALIOS EJUS NOMINE, VEL AUTHORITATE SUB IMPERIALI TITULO, QUEM SIBI INDEBITÈ USURPAVIT: NEC NON ET OMNIA, QUÆ PER SE, VEL ALIUM IN ITALIA FECIT, SEU GESSIT, ETIAM SUB REGALI NOMINE: ET CÆTERA ETIAM OMNIA UBICUNQUE GESTA AB EO, PER SE, VEL ALIUM, QUÆ EX DEFECTU JURISDICTIONIS, VEL POTESTATIS FACERE SIBI NON LICUIT, NULLA ESSE, AC CASSA, ET IRRITA PRONUNCIAMUS, ET DECLARAMUS: ILLA ETIAM QUATENUS PROCESSERUNT DE FACTO, ANNULLAMUS, ET PENITÙS IN HIS SCRIPTIS REVOCAMUS.

Item

Item promittimus, & ad Sancta Dei Evangelia corporaliter per Nos tacta juramus, quod non occupabimus, nec recipiemus, nec acquiremus, nec quovis modo usurpabimus Romam, aut Provincias, Ducatus, Marchionatum Anconitanum, Ferrariam, Civitates, Oppida, Castra, Terras alias, seu territoria, vel loca Ecclesiæ Romanæ, seu ad ipsam mediatè, vel immediatè spectantia, in Italia, vel ubilibet extra Italiam, sicut est COMITATUS VENAYSINI, qui ad Romanam Ecclesiam pleno jure noscitur pertinere, & plura etiam alia ad eandem Ecclesiam pertinentia extra Italiam constituta: & specialiter, nec REGNA SICILIÆ, SARDINIÆ, CORSICÆ, QUÆ DE DOMINIO DIRECTO, JURE, ET FEUDO EJUSDEM ROMANÆ ECCLESIÆ ESSE NOSCUNTUR, nec alia feuda, retrofeuda, seu quælibet alia loca ad eandem Ecclesiam mediatè, vel immediatè spectantia: nec jura, personas, vel res aliquas in eisdem: nec aliquibus invadentibus, seu occupantibus, vel quomodolibet usurpantibus, seù invadere, occupare, vel quomodolibet usurpare attentantibus, seu volentibus prædicta Regna Siciliæ, Sardiniæ, vel Corsicæ, seù Romam, aut Provincias, Ducatus, Marchionatus, Comitatus, Anconitanum, Venaysin., Ferrariam, Civitates, Oppida, Castra, Terras alias, seu territoria, vel loca Ecclesiæ Romanæ, seu ad ipsam Ecclesiam mediatè, vel immediatè spectantia, sivè sint intra Italiam, sivè extra Italiam, seu aliqua prædictorum, non juvabimus, nec eis adhærebimus, nec ipsis etiam dabimus aliqualiter auxilium, consilium, vel favorem, quinimò quoscunque invadentes, occupantes, seu quomodolibet usurpantes, seu invadere, occupare, vel usurpare volentes, vel attentantes dicta Regna Siciliæ, & Sardiniæ, & Corsicæ, & Urbem Romanam, ac Ducatus, Marchionatus, Comitatus, Provincias, Anco-

conitanum, Venayſin., Ferrariam, Civitates, Caſtra, & Terras, ſeu quævis alia loca Romanæ Eccleſiæ, vel aliqua ex eiſdem, retrahemus, & impediemus poſſe noſtro, eiſdem Nos cum armis opponendo. Et ne conatus talium effectum habeat, cum tota noſtra potentia reſiſtendo, ac vobis, & Eccleſiæ Romanæ pro defenſione Regnorum, Provinciarum, Terrarum, & locorum prædictorum, contra quoſcunque occupatores, invaſores, & uſurpatores, ſeu occupare, invadere, vel uſurpare attentantes fideliter aſſiſtendo: nec dabimus, nec concedemus ullo unquam tempore, in perpetuum, vel ad tempus aliquid de prædictis, ſub colore, conditione, vel titulo quibuſcumque. Quodque prædictam Eccleſiam Romanam, aut Vos Dominum noſtrum Papam, ſeu Succeſſores veſtros, vel Officiales, Miniſtros, Vaſſallos, & Subditos veſtros non inquietabimus, vel quomodolibet moleſtabimus, in dictis Regnis Siciliæ, Sardiniæ, & Corſicæ, nec in Urbe Romana, Terris, Provinciis, Ducatibus, Marchionatibus, Comitatibus, Anconitano, Venayſino, Ferraria, Civitatibus, Caſtris, Oppidis, & aliis Terris, ac Territoriis ſupradictis, ſeu aliquo prædictorum; ſed nec etiam loca prædicta, ratione quorumlibet delictorum, vel exceſſuum in locis eiſdem commiſſorum, vel committendorum, aliquem, vel aliquos puniemus, vel aliàs perſequemur: niſi hoc ad nos de jure pertineret, ex alia ratione, quàm territorii CUM TERRITORII RATIONE, HOC AD REGEM, VEL IMPERATOREM ROMANORUM, QUANTUM AD LOCA PRÆDICTA, NULLO MODO VALEAT PERTINERE. Et hoc caſu promittimus, & juramus, ut ſupra, quod tales contra juſtitiam non gravabimus, nec eis in caſu etiam aliquo, Reges prædictorum Regnorum, aut Miniſtros, Vaſſallos, & Subditos eorundem in Regnis prædictis, ſeu pro eis, vel qualibet

eorum

eorum parte aliquatenus moleſtabimus; NEC ALIQUOD DOMINIUM, JURISDICTIONEM, SUPERIORITATEM, SERVITUTEM, POTESTARIAM, CAPITANEATUM, VEL ALIUD OFFICIUM QUOCUNQUE NOMINE CENSEANTUR, ACCIPIEMUS, VEL VENDICABIMUS, VEL PER NOS, VEL PER ALIOS EXERCEBIMUS in prædictis Roma, Regnis, Provinciis, Ducatibus, Marchionatibus, Comitatibus, Anconitano, Venayſin., Ferraria, Civitatibus, Oppidis, Caſtris, Villis, Locis, Terris, & Territoriis ſupradictis, vel in aliquo eorundem; nec etiam pro quibuslibet rebus, vel juribus, in præmiſſis Roma, Regnis, Provinciis, Ducatibus, Marchionatibus, Comitatibus, Anconitano, Venayſin., Ferraria, Civitatibus, Oppidis, Caſtris, Locis, Terris, & Territoriis ſupradictis, vel in eorum, ſeù in aliquibus pertinentiis conſtitutis, ETIAMSI NOBIS A QUIBUSLIBET COMMUNITATIBUS, VEL PERSONIS SINGULARIBUS OFFERENTUR. NEC JUS ETIAM ALIQUOD ALIUD QUALECUNQUE VENDICABIMUS, ACQUIREMUS, VEL OCCUPABIMUS, SEU QUOMODOLIBET PER NOS, VEL ALIUM, SEU ALIOS USURPABIMUS, RECIPIEMUS, VEL EXERCEBIMUS: NEC CONCEDEMUS ETIAM RECIPI, VEL HABERI in Roma, Regnis, Provinciis, Ducatibus, Marchionatibus, Comitatibus, Anconitano, Venayſin., Ferraria, Civitatibus, Oppidis, Caſtris, Locis, Terris, & Territoriis ſupradictis, vel in aliquo de eiſdem: & ſpecialiter in Provinciis, Civitatibus, Terris, & Locis expreſſis in quibuſdam literis dicti quondam Henrici Imperatoris, quarum tenor inferius eſt inſertus.

Ad evitandam quoque occaſionem veniendi contra prædicta, vel aliquod prædictorum, promittimus ut ſupra, quod antè diem Nobis pro coronatione noſtra Imperiali præfigendum, non ingrediemur Urbem Romanam: quodque eadem die, vero & legitimo impedimento ceſ-

ſante,

ſante, Imperialem recipiemus coronam: & quod ſivè illa die, ſivè verè & legitimè impeditis, alia die, dictam recipiemus coronam, ipſa die, qua coronam hujuſmodi receperimus, dictam Urbem, vero & legitimo impedimento ceſſante, exibimus, cum tota etiam, quantum in Nobis fuerit, gente noſtra, & ceſſante etiam impedimento legitimo, continuatis moderatis dietis, extra totam terram Romanæ Eccleſiæ Nos recto greſſu transferemus verſus terras Imperio ſubjectas: nunquam poſtmodum ad Urbem, Regna prædicta Siciliæ, Sardiniæ, & Corſicæ, Provincias, Civitates, vel alias Terras Romanæ Eccleſiæ, niſi de ſpeciali licentia Sedis Apoſtolicæ, acceſſuri.

Juramus quoque ſuper Sancta Dei Evangelia per nos corporaliter manu tacta, quod ſuper his, vel eorum aliquo nullum impedimentum fingemus, aut præſtabimus, aut fingi, aut præſtari, per alium, aut alios, quantum in nobis fuerit, permittemus.

Item promittimus, quod contra prædicta, vel eorum aliquod nullatenus per Nos, vel alios veniemus. Et ſi contrarium quovis modo contingeret fieri, per Nos, vel alios noſtros noſtro nomine quandocunque, ſtatim cum hoc ad noſtram notitiam deductum fuerit, illud revocabimus, & faciemus, quantum in nobis fuerit, effectualiter revocari; & pro non facto, volumus & decernimus haberi, & etiam reputari.

ITEM SI PRÆFATUM QUONDAM HENRICUM IMPERATOREM AVUM NOSTRUM, VEL PER JAM DICTUM LUDOVICUM, SEÙ PER QUEMCUNQUE ALIUM, SEÙ ALIOS, IPSORUM, VEL ALTERIUS EORUM NOMINE, SEÙ AUTHORITATE, ALIQUÆ SENTENTIÆ FUERINT PROMULGATÆ, SEÙ PROCESSUS ALIQUI FACTÌ, SEÙ ARRESTATIONES PERSONARUM, AUT RERUM, VEL ALIQUA AD JURISDICTIONEM PERTINENTIA, ATTENTATA IN ROMA, REGNIS, PROVINCIIS,

ciis, Ducatibus, Marchionatibus, Comitatibus, Civitatibus mediate, vel immediate subjectis, illa omnia decernimus, et in his scriptis pronunciamus esse nulla. Quodque si aliquæ fidelitates, homagia, obedientiæ, recognitiones, donationes, advocationes, occupationes, seù concessiones qualescunque a prædictis Henrico, et Ludovico, vel eorum altero per se, vel alium, seù alios factæ fuerint, vel receptæ, pro Roma, Regnis, Provinciis, Ducatibus, Marchionatibus, Comitatibus, Civitatibus, Oppidis, Castris, Locis, Terris, et Territoriis supradictis, vel eorum aliquo, vel pro quibuslibet rebus, vel juribus in eis, vel sub eis etiam constitutis, a quibuscunque universitatibus, vel personis singularibus quovis modo, illa omnia fore nulla pronunciamus, et quatenus processerunt de facto, totaliter revocamus, et etiam pro non factis volumus, et decernimus haberi.

Item promittimus, & juramus, quod quandocunque in Lombardiam, & Tuſciam, vel earum alteram, aliquem, vel aliquos mittemus pro terris, & juribus Imperii gubernandis, quoties illum, vel illos traſmittemus, faciemus eum & eos jurare, ut adjutor, & adjutores Domini Papæ ſint ad defendendum terram Sancti Petri, & Romanæ Eccleſiæ ſecundùm ſuum poſſe.

Item promittimus, & juramus, ut ſupra, quod omnia, & ſingula ſupraſcripta, & infraſcripta per Nos promiſſa, & per Nos præſtito juramento vallata, bona fide & inviolabiliter obſervabimus, faciemus, implebimus, & integraliter attendemus, juxta præſentium continentiam & tenorem, & nihilominus ipſa omnia & ſingula præmiſſa, poſt inunctionem, conſecrationem, & coronationem Imperialem, infra octo dies inunctionem, conſecra-

crationem, & coronationem eandem immediatè sequentes, pro majori firmitate omnium prædictorum, ipsa omnia & singula ratificabimus, & etiam renovabimus singulariter & expressè, & super præmissis omnibus & singulis, dabimus literas nostras quadruplicatas ejusdem tenoris patentes, & sufficientes, Imperialis Majestatis typario communitas.

Insuper item super Sancta Dei Evangelia corporaliter manu tacta juramus, quod nullam omnino promissionem, nullum pactum, nullumque juramentum, nec aliquid aliud faciemus, per quod præmissis, vel eorum alicui possit in aliquo quomodolibet derogari, & nihilominus super Sancta Dei Evangelia corporaliter manu tacta juramus præmissa omnia, & singula Nos facturos, & completuros, & nullo unquam tempore, per Nos, vel alios, contra illa, vel aliquod de illis venturos. Et si, quod absit, contingeret Nos facere, dicere, promittere, vel jurare aliqua, vel aliquod, quæ præmissis, vel eorum alicui possent quomodolibet obviare, vel Nos ad aliquod secus agendum inducere, vel Nobis occasionem agendi contra prædicta, vel eorum aliquod quomodolibet ministrare: nihilominus illis nequaquam obstantibus, prædicta omnia & singula complebimus, & inviolabiliter observabimus, & ad ea complenda, & inviolabiliter observanda ex promissionibus, & juramentis præmissis, semper Nos volumus remanere efficaciter obligatos, & ex nunc etiam attestamur, & protestamur, Nos velle, & intelligere præmissa omnia, & singula, sic exclusa fore ab omnibus factis, & promissionibus, ac juramentis specialibus & generalibus per nos quomodolibet faciendis, per quæ præmissis, vel eorum alicui posset quomodolibet derogari: quod illorum prætextu, vel occasione nobis nullo modo liceat, licereve possit mutare aliquid in præ-

præmissis, vel facere contra ea, vel aliquod de eisdem.

Promittimus etiam bona fide, quod intrusos in Ecclesiis infra prædictum Regnum, & Imperium consistentibus, & qui eas contra jus, & libertatem, superioritatem, & authoritatem Romanæ Ecclesiæ detinent occupatas, vel detinuerint in futurum, si super hoc per Vos Dominum nostrum Papam, vel Sedem Apostolicam fuerimus requisiti, expellemus, & pro posse faciemus expelli de illis: & provisos per Sedem Apostolicam juvabimus, & faciemus juvari, ut ad Ecclesias, de quibus eis per Sedem Apostolicam provisum est, vel fuerit in futurum, realiter admittantur, suisque juribus liberè uti possint.

Tenor autem supradictarum literarum quondam Henrici Imperatoris sequitur sub his verbis.

Sanctissimo in Christo Patri, & Domino suo Domino Clementi Sacrosanctæ Romanæ, & Universalis Ecclesiæ Summo Pontifici, Henricus &c. *Sequitur, ut suprà pag.* 398.

Item Nos Carolus Rex Romanorum prædictus, quia per claræ memoriæ Henricum ultimum Imperatorem Avum nostrum, seu authoritate ipsius, plures processus facti fuisse, & etiam plures sententiæ capitales, & proscriptiones bonorum, & aliarum pœnarum, & mulctarum diversarum inflictivæ diversis temporibus promulgatæ fuisse dicuntur, tam contra claræ memoriæ Robertum Regem Siciliæ, quàm contra quondam Joannem Ducem Duratii Regis ejusdem Germanum, ac etiam contra Vasallos, & alios eidem Regi immediate, vel mediatè subjectos Regni Siciliæ; & Comitatus Provinciæ, similiarum terrarum Regis ejusdem, quàm contra nonnullos Cives & Incolas Civitatis Romanæ, necnon contra Civitatem & commune Florentinum, ac Potestates, Capitaneos, Officiales, Ministros & nonnullas

 fin-

ſingulares ejuſdem Civitatis perſonas, ac etiam contra alias Civitates, & Loca, & contra nonnullas perſonas ſingulares: quæ quidem Civitates & perſonæ tempore dicti Henrici adhæſerunt Regi præfato: omnes hujuſmodi proceſſus & ſententias propter quoſcunque etiam & qualeſcunque exceſſus, inobedientias, rebelliones, & injurias ipſi proceſſus facti & ſententiæ promulgatæ fuerunt, quatenus proceſſerunt, revocamus, & eos & effectum eorum annullamus, & tollimus in totum, & quicquid etiam ex eis ſecutum eſt, vel ob eos. Et inſuper omnes exceſſus, rebelliones, inobedientias, injurias, & offenſas, qui, vel quæ commiſſi, ſeù commiſſæ fuerunt per Regem, & alios ſupradictos, vel ipſorum aliquem, vel aliquos, & per Civitates, Communitates, & loca prædicta in partibus Italiæ contra præfatum Henricum, vel ſuos Officiales, ſeù contra Imperium quovis modo, inquantum proceſſerunt, & ad Nos, & ad Imperium pertinere poſſunt, remittimus, tollimus, & penitus abolemus, & in integrum adverſus prædicta reſtituimus, omnes, & ſingulos ſupradictos, ac Civitates, Communitates, & Loca prædicta; ſicque illorum occaſione vel cauſa ipſi vel Succeſſores eorum non poſſint, per nos, aut noſtros quoſlibet Succeſſores, vel per alios, noſtro vel eorundem Succeſſorum nomine ullo unquam tempore impeti, ſeu inquietari, vel etiam aliàs quomodolibet moleſtari: nec Succeſſores dicti Regis Siciliæ ratione vel occaſione cujuſcunque commiſſionis, confiſcationis, ſeu incurſus, ſeu ex quavis alia cauſa pro præterito tempore ſuper Comitatibus Provinciæ, Forcalquerii, & Pedemontis inquietabimus, moleſtabimus, [illegible] aliquod jus in eis vel aliquo eorum vendicabimus ob præmiſſa, vel aliqua eorundem.

Item ob reverentiam veſtri Domini noſtri Papæ, pro-

propter etiam bonum pacis, vobis Domino nostro Papæ concedimus irrevocabiliter, & damus per præsentes plenam, & liberam potestatem quietandi, & remittendi omnibus Civitatibus, & Communitatibus quorumcunque Locorum omnium partium Italiæ, necnon & quibuslibet personis singularibus partium earundem cujuscunque status aut conditionis existant, omnes injurias, rebelliones, inobedientias, & offensas commissas hactenus quandocunque, & quomodocunque contra Imperium & Reges, ac Imperatores Romanorum, seù Officiales, Ministros, vel Gentes eorum: ac etiam processus quoscunque, & sententias inde secutas, quatenus ad Reges & Imperatores eosdem, qui fuerunt pro tempore, pertinuit cognitio & punitio prædictorum, & ad nos illorum prosecutio juris Regni vel Imperii poterunt pertinere, tollendi, cassandi, revocandi, & totaliter annullandi, pœnasque quaslibet corporum & bonorum, & mulctas etiam & infamias a jure vel homine illorum excessuum occasione vel causa inflictas vel infligi possibiles in futurum remittendi, & penitus abolendi: & contra prædictos excessus, processus, sententias, pœnas, & infamias hujusmodi in integrum restituendi, & alias de illis, & super illis omnibus & singulis, quandocunque, & quomodocunque vobis placuerit, insimul, vel divisim per vos vel alium ordinandi, & disponendi, altè & bassè pro libito voluntatis, quicquid placuerit vestræ Sanctitati: & hoc, in scriptis vel sine scriptis, nobis etiam absentibus, & non vocatis, nec alio quocunque pro nobis, nec etiam requisitis: ratum quoque & gratum per nos, & pro Successoribus nostris habituri promittimus, quicquid super præmissis, eorum quomodolibet per Sanctitatem vestram remissum, sublatum, cassatum, annullatum, revocatum, restitutum & abolitum fuerit, vel quomo-

dolibet ordinatum: & ſuper hoc ſufficientes juxta voluntatem veſtram patentes vobis concedemus literas noſtras, munitas ſigillo, quoties per vos ſuper hoc fuerimus requiſiti. Poteſtatem autem præmiſſam durare volumus per annum integrum, computandum a tempore, quo poteſtatem hujuſmodi vobis conceſſerimus, & nos ejuſdem conceſſionis poteſtatis literas fecerimus aſſignari. Eo tamen adjecto, quod ſi poſt approbationem prædictam, durante anno prædicto, illi vel aliqui ex eis, de quibus præmittitur, nobiſcum amicabiliter convenirent, poſſimus eis vel pro eis remiſſionem ac alia prædicta facere, conceſſione Sanctitatis prædictæ ſuper his facta nequaquam obſtante: quæ tamen in ſuo effectu plenè remaneat, quoad omnia alia, de quibus ſic duxerimus ordinandum.

Item, cum ſicut eſt per diverſas Orbis partes longè lateque diffuſum, & notum, ac etiam divulgatum, Ludovicus de Bavaria propter multiplices, graves, execrabiles, & enormes atque notorios ejus exceſſus, offenſiones, injurias, rebelliones, contumacias, & contemptus ac hæreſes, & ſchiſmata, aliaque nonnulla deteſtabilia crimina notoriè commiſſa per eum, ac exigentibus ſuis demeritis, & culpis horrendis, fuerit, & ſit per Sedem Apoſtolicam pluribus variis, & diverſis excommunicationum & anathematum, ac aliis pœnis ſententiis innodatus, ac omni jure, ſi quod unquam ſibi in Regno, & Imperio Romanorum competere potuiſſet, nec non omnibus feudis, quæ tunc a Romana vel aliis Eccleſiis, vel dicto Imperio obtinebat, & ſpecialiter Ducatu Bavariæ, ac etiam bonis aliis ſuis omnibus, mobilibus & immobilibus juribus, & juriſdictionibus privatus perpetuò, juſtitia ſuadente, ac de hæreſi & ſchiſmate, & aliis diverſis criminibus & exceſſibus condemnatus, ac hæreticus & ſchiſmaticus publicè

blicè nunciatus: & propterea in pœnas, & sententias diversas tam in processibus dictæ Sedis hujusmodi occasione habitis contra eum contentas, quam in jure contra tales inflictas incidisse, & eas omnino incurrisse, sit & fuerit declaratus, ac etiam Christi fidelibus expositus impugnandus. Nos tanquam devotus S. R. E. filius, verusque cultor Catholicæ fidei, obstinatam & perniciosam nimium Ludovici præfati pertinaciam & perfidiam abhorrentes, & consultius attendentes processus Sedis ejusdem, ut præmittitur, habitos contra eum, & considerantes etiam, quod hæretici & schismatici sunt à Catholicis pro viribus expugnandi: & quod ejusdem fidelibus non licet cum ipsis scismaticis & hæreticis amicitias, societates, confœderationes, pactiones, colligationes, vel ligas aliquas facere vel habere, ob zelum Dei, & ejusdem fidei, ac ad honorem ipsius S. R. E. Matris nostræ, & ob devotionem, quam habemus ad ipsam, ac etiam, conscientia meritò nos urgente, intendentes Ludovicum præfatum juxta ipsorum processuum seriem, prout erit nobis possibile, impugnare, bona fide promittimus, & ad Sancta Dei Evangelia per nos corporaliter spontè tacta juramus, quod quamdiu idem Ludovicus in hujusmodi perfidia, hæresi, schismate, pertinacia, excessibus, & criminibus permanebit, & quamdiu subjacebit pœnis, sententiis supradictis, & quamdiu erit extra gratiam dictæ Sedis, nullam amicitiam, societatem, confœderationem, pactionem, colligationem, vel ligam cum eo faciemus: & si aliquas hactenus fecissemus, eis de cœtero non utemur.

Item promittimus & juramus, quod nullam parentelam, consanguinitatem, vel affinitatem cum Ludovico præfato, nec matrimonium, vel sponsalia aliqua aut parentelam, consanguinitatem, vel affinitatem,

cum

cum aliqua, vel aliquo, ſeu aliquibus ab eodem Ludovico per maſculinam, vel fœmininam lineam deſcendentibus contrahemus, Romano Pontifice inconſulto, & abſque ipſius Sedis licentia ſpeciali: Nec eidem Ludovico conſilium, auxilium, vel favorem impendemus, per nos, vel alium, ſeu alios, directè vel indirectè publicè vel occultè, quinimo eundem Ludovicum juxta eorundem proceſſuum continentiam totis noſtris viribus impugnabimus, expugnabimus, & perſequemur: & ſuper his faciemus totaliter, realiter, & efficaciter poſſe noſtrum. Quæ quidem omnia & ſingula ex cauſis prædictis, & ob eas modo prædicto, rectè & pura fide, ſine omni dolo, & fraude promittimus, & ad Sancta Dei Evangelia corporaliter ſponte tacta juramus, nos efficaciter ſervaturos & completuros toto poſſe: & quod contra præmiſſa vel eorum aliqua per nos, vel alium, ſeu alios, directè vel indirectè publicè vel occultè, aliqua ratione, occaſione, vel cauſa, ingenio, vel colore nullatenus veniemus: & ad prædictorum omnium perpetuam rei memoriam, & S. R. E., ac Sedis Apoſtolicæ, & Romanorum Pontificum ſecuritatem, atque cautelam præſentes ſcribi literas, & Regiæ Majeſtatis ſigillo fecimus communiri: Promittentes & obligantes nos cum omni efficacia & effectu, quod poſt Imperialis dignitatis coronationem ſuſceptam prædicta omnia ratificabimus, confirmabimus, & recognoſcemus, & faciemus, & ſervabimus, atque jurabimus, & de ſupradictis omnibus infra octo dies noſtras patentes dabimus literas quadruplicatas, harum ſeriem continentes ad perpetuam rei memoriam, & ad ſecuritatem & cautelam veſtram, & Succeſſorum veſtrorum, & S.R.E., & Sedis Apoſtolicæ Imperialis Majeſtatis typario communitas. Datum Tridenti 5. Calendas Maii anno Domini milleſimo trecenteſimo quadrageſimo ſeptimo Regno-

gnorum verò nostrorum anno Primo. Datum Avinioni 2. Cal. Februarii Pontificatus nostri anno Tertio, tanto itaque ferventius ad Sanctitatem Vestram, Sanctam Romanam Ecclesiam, & Apostolicam Sedem zelo fidei & devotionis accensi, quantò sumus amplius per susceptionem Imperialis Diadematis Divinæ gratiæ munere sublimati, omnia in juramento, & literis contenta prædictis ratificamus, confirmamus, recognoscimus, & ea servabimus, & etiam faciemus, ac similia juramenta, prout in eisdem continetur literis, de novo præstamus, facimus, & renovamus, ac prædicta omnia & singula inviolabiliter observare, & observari facere, & nullo unquam tempore contravenire de novo juramus ad Sacrosancta Dei Evangelia corporaliter tacto libro in manibus supradicti Reverendi in Christo Patris D. Petri Ostien. Episcopi Apostolicæ Sedis Nuntii amici nostri Karissimi nomine Romanæ Ecclesiæ ejusdem Sedis Apostolicæ ac vestro, & de mandato vestro specialiter recipientis, de qua receptione tam per nostras præsentes, quàm ipsius recipientis literas plenè constat, & ad prædictorum omnium perpetuam rei memoriam, & S. R. E., ac Sedis Apostolicæ, & Romanorum Pontificum securitatem, atque cautelam præsentes litteras quadruplicatas, tenore prædictarum literarum nostrarum eis inserto, Imperialis Majestatis typario communitas juxta promissionem, & obligationem nostras prædictas Sanctitati Vestræ concessimus, & eas & per eumdem Dominum Ostien. Episcopum duximus transmittere. Datum Romæ post susceptionem Imperialis nostræ Coronæ Anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo quinto Indictione 8. Non. Aprilis Regnorum nostrum anno Nono Imperii verò anno Primo.

Ego Johannes Dei & Apostolicæ Sedis gratia Luthomustblen Episcopus Sacræ Imperialis Aulæ Cancellarius

larius Vice Reverendi in Christo Patris D. Guillelmi Coloniensis Archiepiscopi Sacri Imperii per Italiam Archicancellarii recognovi, & manu propria subscripsi.

Loco ✝ signi.

Extant hujusmodi literæ in eodem Archivo quadruplicatæ & signo aureo munitæ.

FINE DELLA PARTE SETTIMA.